





# De vita et moribus Epicuri libri octo

<https://hdl.handle.net/1874/358139>





Q 10 GAS 1 Hand

UTRECHTS  
UNIVERSITEITS  
MUSEUM  
No. 229

Pierre Gassendi (Gassend), frans natuur-, wiskundige en wijsgeer (1592-  
1655). Op 17 j. leraar welsprekendheid te Digne, op 21 j. prof. in theol.  
en phil. te Aix, later proost en domheer te Digne, prof. in Parijs aan het  
Collège de France. Is tegen de toen algemeen nog geldende leer van Aris-  
toteles en vestigt de aandacht der natuuronderzoekers op de (vergeten)  
atoomleer van Epicurus. Vriend van Kepler en Galilei.

1624


Voornaamste boeken: Exercitationes paradoxicae adversus Aristotelem

hoofdwerk: De Vita et Moribus Epicuri (1647 Lyon, 1685 Amsterdam)

Hierbij hoort: Syntagma philosophiae Epicuri (1649, Den Haag 1656).

Institutio astronomica (1647), waarin hij het stelsel van Tycho aanhangt  
e.a. werken.

and the vegetation seen. At 10:00 AM, I took a walk down the trail to the south end of the valley. The valley floor was covered with grasses and small shrubs. There were also some larger shrubs and trees. The ground was rocky and uneven. The sky was clear and blue. The sun was bright and warm. The overall atmosphere was peaceful and serene.



GIO GAS 1740  
TEN DOESSCHATE

Utrecht, Jan.

DE VITA  
ET  
MORIBVS  
EPICURI  
LIBRI OCTO.

Authore PETRO GASSENDO Diniensis  
Ecclesiae Praeposito.

Editio altera auctior & correctior.

Mea quidem ista sententia est ( invitis hoc nostris popularibus dicam ) sancta  
Epicurum, & recta pricipere, & si proprius accesseris, tristia.  
Itaque non dico, quod plerique nostrorum, Sectam Epicuri flagitiorum magistrum  
esse : sed illud dico ; male audit, infamis est ; & immerito : nec hoc scire  
quispiam potest, nisi interius fuerit admissus. Seneca lib. de vita bea-  
ta, cap. 13.



HAGÆ-COMITUM

Apud ADRIANUM VLACQ,  
M. DC. LVI.



Ente Anno 1647 Lyon  
Ente fiscum anno 1650  
Exente 96 : Lyon 1658

THE LIBRARY OF THE  
UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARIES



FRANCISCO LVILLERIO  
PARISINO, RATIONUM MAGISTRO,  
Amico longè optimo

PETRUS GASSENDUS *xaipt.*

**P**OSTULAS à me, FRANCISCE LUIL-  
LERI, Amicorum suavissime, ut quando heic  
longiores moras, quām fuerim pollicitus, traho,  
digeram, mittamque ad Te, quos mihi esse de Epicuro  
commentarios perspectum habes. Quippe licet paria  
audieris de ceteris Philosophis, cūm sermones aliās de  
ipsis in secessu consereremus; meminisse me tamen jubes,  
ut Te præcipue affecerint, quæ præter tuam exspecta-  
tionem, de hujus viri continentia, disciplināque edis-  
serui. Scilicet Te candoris plenum, ac mirificè erga o-  
mneis benè merenteis animatum, statim, ac ille Tibi est  
visus merito non suo fuisse diffamatus, mirè delectavit  
eximi eum posse ab iis, quibus est oppressus calumniis;  
posséque ejus non modò vitam ab omni labe repurgari,  
sed Philosophiam quoque (expunctis, ut circa Aristote-  
leam, erroribus quibusdam paucis) tum de natura soler-  
tissimè, tum de moribus sapientissimè dogmata traden-  
tem ostendi.

Infinias quoque, benè multos, quibuscum rem com-  
municāris, tecum agere, ut à me, quod legere possint,  
obtineas; unde & instas, ut saltem ea, quæ spectant ad

vitam, morésque conscribam; cætera enim, quæ ad doctrinam, placitaque attinent, longioris operæ cùm sint, patientius deinceps exspectatum iri. Itaque, cùm obtendere tenuitatis conscientiam possim, excusaréque, quicquid id est, non esse tanti, ut tanto tuo, corūmque ardore debeat expeti, ac repertum denique iri exspectatione longè inferius: aggredior tamen, præferóque inepitus videri, quām non obsequens; Tibi præsertim, cui nihil est, quod abs me negati aut possit, aut debeat. Etenim, Tu sic amas me, ut pectore primū effuso, profusus deinde sis in cæteris, ac per te non stet, quin fortunis tuis omnibus sic utar, ut meis. Tu sic agis mecum, ut cùm nihil sit, quod non polliceri tibi de mea qualicunque industria possis; nihil tamen velis unquam me, nisi reputes me currentem (quod dici solet) incitari, aut aliquid, quod sit communium utrique studiorum deposci. Videlicet hæc non postrema bonæ meæ sortis pars est, quod easdem mecum literas literatissimus ipse ames; & hoc-usque ætatis florem, qui ab aliis seu ambitioni, seu avaritiæ, seu nequitia datur, gratum habueris sacrare Musis, impenderéque bonis artibus. Ecquānam proinde ratione non ingratum tibi laborem refugiam, qui gratitudinem testaturus erga virum mei amantissimum, agnoscam eundem munusculi mei intelligitissimum futurum? Non pauca sunt sanè, quibus ipse met pro rara illa lingua Græcæ eruditione feceris lucem; ut proinde sit, cur meum istud opus vel hoc nomine existimes tuum, ac ipso abundè utaris, fruoris, & quibuscum omnibus voles liberali illa communices manu. Neque verò ego is sum, qui ægrè ducam, aut invideam, si quicquid id sit, alii noverint, cùm sit futurum etiam pergratum, si quām-plurimis innotescat, non quid ego commentus fuerim, sed qualem te amicum habuerim; &, si fortassis cuiquam contingat, ut bonæ frugis quid

quid demetat, id non tam mihi, qui laborârim, quâm tibi,  
qui præscripseris operam, referat acceptum. Ut paucis  
vota complestar mea :

*Qualis Erechthais Peplus portatur Athenis,  
Debita cùm castæ solvuntur vota Minervæ,  
Tardave confecto redeunt quinquennia lustro:  
Tali te velle, Iuvenum doctissime, riuu  
Purpureos inter Soleis, & candida Luna  
Sidera caruleis orbem pulsantia bigis,  
Natura rerum magnis intexere chartis.  
Æternum Sophiae conjunctum carmine nomen.  
Nostra tuum senibus loqueretur pagina saclis.*

Ceterum quoniam fieri potest, ut demirentur aliqui,  
me, Epicurum dum excuso, tum niti adversus torrentem  
receptæ vulgò opinionis, tum opus moliri, quod videri  
noxium, tanquam & bonis moribus, & Religioni ad-  
versum possit: idcirco necesse est pauca de utroque hoc  
capite, iis quæ sum deinceps dicturus, præmittam.

Ac circa prius quidem non video caussam subesse,  
cur valde movear, quod vulgari sententiæ repugnare  
existimer; quando jampridem perspectum est, quâm  
malus veritatis judex censeri debeat multitudo. Pendere  
etenim res debet non profectò ex numero, aut claritate  
opinantium; sed ex momentis testimoniorum, ratio-  
numque ex quibus valeat (depositis vulgaribus præjudi-  
ciciis) dijudicari. Sanè verò, si ita bene ageretur cum  
rebus humanis, ut ea, quæ optima sunt, probarentur à  
plurimis, ipse me quoque eò devoverem, quò plurimi  
confluerent: sed nempe præeuntium exemplo, potius  
quâm ratione maxima pars abripitur; & rarissimi sem-  
per sunt, qui pedem sistant, ut expendant, an quò itur,  
pergendum sit. Ac non contendô quidem propterea

Epicurum aut nihil peccasse, aut unum invenisse verum, ut est à quibusdam illius Sectatoribus jaētitatum; innundat taxat ipsum injuriā fabulam vulgō fieri, quod Sectatores aliarum partium, ut olim, invidiā, & autoritate, ita jam despectu, & multitudine illum obruant. Quid enim, si causa plenius cognita, eā fuisse probetur vita innocentia, puritate, austерitate, qua Philosophorum alius nemo fuerit? si cā ingenii perspicaciā, judicique maturitate, qua non facile cæteris concedat? Sed nimis ita-ne sit, non ex ipsa fronte judicandum est, sed penetrandum interiūs, ut vel ipse Seneca monet. Nam aliae quidem factio[n]es sunt, quæ Sectatorum vigent frequentia; cùm institutum ejus squalore p[re] solitudine obducatur: verūm non ideo minus tentandum, an non herbescens semita, potius quam lata, tritaque via ad veritatem mortalibus tantoperè inviam dedita; non minus fodiendum, atque explorandum, an non ex neglecto, & sterili monte eruatur aurum, quicum non valant occurrentes passim lapides conferri.

Addo, me eum sanè non esse, quem hominum vulgariter sentientium turbam commovere, & quasi crabrones excitare juvet; sed eum esse nihilominus, quem humanitatis officia delectent; cùm non indignè ferre non possim opprimi à turba quem virum esse reputem innocentem, & suave habeam, si quas illi, tenuis licet, suppetias feram. Nam, si persuasis quidem forem fuisse Epicurum luxui deditum, ac se[me] proluissime obscoenis voluptatibus, ut Sardanapalum, Heliogabalum, ac simileis pestis generis humani; tum sanè diris eum devovarem, ac faces, & saxa cum tota factio[n]e non postremus conjicerem: at dum mihi videor cum agnoscere, quo temperantiūs vixerit nemo; piget, imò pudet omnino, dilacerari ipsum ab iis, qui simu-

simulantes Curios, vivunt interim Bacchanalia, & ab illius moderatione prolixissimis absunt intervallis. Quintiam, cum in ipsa turba aliqui haud-dubie sint adeo ingenui, ut abrupti solo vulgaris persuasionis impetu, male afficiantur, quod existiment virum perditum fuisse Epicurum, secus comparandi, si constiterit frugi adeo cum exstissem, ut non immerito proponi in exemplum virtutis posset; idcirco delectat me quoque vel in horum gratiam ea congerere, quibus, nisi prorsus flestantur, saltem moveantur, ut esse sibi assensum continentum putent.

Heinc patet penè quid sit dicendum de posteriore capite. Quippe non posset me id quidem non gravissimè permovere; si nempe, cum mihi nihil sit antiquius, quam ut pro virium modulo prodesse quamplurimis velim, ex meis tamen conatus quempiam aliquid detrimenti perceptum subodorarer. Attamen est, quod longè melius de meo affectu ominer, quam ut tale quid extimescam. Nam quod ad bonos attinet mores, evincam facile, opinor, id, quod insinuatum mox est, Epicurum putà maximè & sobrium, & continentem exstissem, ac Sectam nullam Philosophorum illius Secta fuisse sanctiorem: cum circa id quidem quod de voluptate potissimum objicitur, haud difficile declaratu sit, quam immerito optima ut vita, ita & sententia pessimam subierit interpretationem. Id si minus præstitero, ut mihi nimum de me non spondeo, at dabo saltem operam, ut Virtus preium semper obtineat, nullumque voluptatis genus, nisi honestum defendatur. In id enim semper incumbam, ut innuam quid verisimilius ex Epicuri mente appareat; Si forte vero id non fereendum, vel minus probandum videatur, ipse primus exauthrabo, & censurâ omnium severissimâ, nigrum quasi theta præfigam.

Quod ad dogmata verò Religionis , non ibo quidem  
inficias , quin , ut insinuatum jam est , placita Epicuri  
quædam è diametro cùm illis stent , ut quæ sunt præ-  
fertim circa Providentiam , animorūtumque immortalitatem . Sed primum quis Philosophorum potest hac labe  
esse immunis ? Nihil de Platone , & cæteris dico ; de  
uno Aristotele loquo , quem nemo nescit exosum fuisse  
priscis Ecclesiæ Patribus , ob eosdem , plurisque er-  
rores . Quòd si non obstant illi tamen , quò minus libri  
Aristotelei etiam publicè prælegantur ; quid est , cur non  
salem privatum hominum manibus terantur quæ ex Epi-  
curo supersunt : licet aliquoties ( quæ mentis humanæ  
extra Fidem sacram vagantis imbecillitas , & caligo est )  
fuerit in easdem cum cæteris impietatis species prolapsus ? Indignum profectò ob aliqua mala , tam multa bona  
expungere , ac rosetum excindere , quod spinas rosis  
intextas ferat . Sapientius illi sanctorum Patrum , qui hac  
occasione censuerunt id agendum , quod Deus olim  
circa mulierem captivam jussit , quam habere quis in  
uxorem vellet : nimirū , ut pravis opinionibus , quasi  
capillis , unguibus , captivitatisque vestibus detractis , id ,  
quod doctrinæ sanioris est , ut non invenustum corpus ,  
retineatur . Deinde , ea mihi mens est , ut quoties non  
modò ad graviora illa capita pervenero ; sed etiam quo-  
ties quidpiam occurret , quod videri possit vel quam-mi-  
nimū fidei sacræ dissidenteum , in Epicurum nervos  
contendam , ac ejus sententiam quam-maximo semper  
rationis vigore potero , convellam . Nam licet confessâ  
vitæ Apologiâ , doctrinæ quoque explicationem aggres-  
surus subinde sim ; non propterea tamen illi nomea do ,  
neque placitorum ipsius vadem me , aut sponsorem præ-  
sto . Quin-etiam , ut in aliis rebus rationem solam audio ,  
neque , nisi illam admittat , magis me movet Epicurus ,  
quam

quām quivis alius Philosophorū (& nosti certē, ut alio-  
quin ex æquo affectus erga omnes sim, omnibusque  
honorem habeam, ac solum veritatis studio, exercendiq;  
animi gratia nunc in hujus, nunc in illius cognoscendis  
placitis non-nihil studiosius incumbam) sic in Religionē  
Majores, hoc est Ecclesiam Catholicam, Apostolicam,  
& Romanam sequor, cuius hactenus decreta defendi, ac  
porrò defendam, nec me ab ea ullius unquam docti, aut  
indocti separabit oratio.

Jam, ut de Vita, Moribūsque Epicuri dicere incipiam;  
partiri posse rem totam videor in libros, libelloſve octo.  
Primus scilicet, ac Secundus nudam continebunt histo-  
riam vitæ, mortisque Epicuri; ac simil brevem nomen-  
claturam tum editorum ab eo librorum; tum familia-  
rium, quibus convixit; tum successorum, quos habuit.  
Et quia deinceps de Moribus, circa quos infamia est illi  
quæ sita, differendum erit; idèò adhibebitur Tertius, qui  
occasionem, authorésque hujuscem infamiae universè ape-  
riat. Quartus subinde impietatem ipsi circa mores ob-  
jectam depellet. Quintus objectam malignitatem; Sex-  
tus objectum gulæ vitium; Septimus objectam Venerem;  
Octavus tandem objectum odium liberalium discipli-  
narum. Etenim hæc sunt capita præcipua totius, quæ in  
Epicurum instituitur, criminatioſis. Nihil interim ne-  
cessè est Epicurum hunc, de quo agitur, à cæteris discer-  
nere, qui nomine eodem fuisse perhibentur. Nam Laer-  
tius quidem treis alios præterea commemorat, Epicurum  
Leontei, & Themistæ filium; Epicurum Magnesium;  
Epicurum ἵπλομήχον, quibus adjici potest aliis Metrodori  
filius, de quo noster in Testamento. Memorat etiam  
Thucydides Epicurum Pachetis patrem; & Plutarchus  
alium Demophili socium; ac rursus Galenus alium, cuius  
Emplastrum viride multa promittens, refert. Verum nos  
heic

heic de Epicuro Philosopho illo satis cognito sermonem  
instituimus. Habes ipse jam penes Te duplarem illius  
effigiem; alteram ex gemma expressam, quam dum  
Lovanio sacerdem iter, communicavit tecum vir ille exi-  
mius Erycius Puteanus, quamque etiam suis in Epistolis  
cum hoc Eulogio evulgavit: *Intuere, mi Amice, & in*  
*lineis istis spirantem adhuc mentem magni Viri. Epicurus*  
*est; sic oculos, sic ora ferebat. Intuere imaginem dignam*  
*istis lineis, istis manibus, & porrò oculis omnium. Al-*  
*teram expressam ex statua, Romæ ad ingressum inter-*  
*rioris Palatii Ludovisiæ ororum hortorum exstante, quam*  
*ad me misit Naudæus noster, usus operâ Henrici Ho-*  
*wenii in eadem familia Cardinalitia pictoris. Tu huc*  
*inserito utram voles; quando & non male altera, ut vi-*  
*des, refert alteram: & memini utramque congruere*  
*cum alia in amplissimo cimeliario Viri Nobilis Ca-*  
*sparis Monconisii Lierguii, Proprætoris Lugdunensis,*  
*asservata.*

Ipse sic de Viro scribere aggredior.

L I B E R

# LIBRORUM ET CAPITVM HUIUSCE OPERIS SYNOPSIS.

## LIBER I.

De ortu ac serie vitæ Epicuri. pag. 1

Cap.I. **E**picuri Patria,  
Parentes, Fra-  
tres. p.1.

II. Tempus natale. 3

III. Vbi pueritiam, adolescen-  
tiam, juventutem exegerit.  
5

IV. Quos Praeceptores audie-  
rit. 6

V. Quando & quâ occasione  
ad Philosophiam se contu-  
lerit, Sectamque institue-  
rit. 8

VI. Vbi scholam habuerit. 21

VII. Ut Amicis, & illis qui-  
dem quâm numerosis con-  
vixerit. 10

VIII. Qui precipui illi amici,  
sive familiares, discipuli-  
que extiterint? 14

IX. Quâm multa conscripse-  
rit. pag. 17

X. Qui libri illius speciatim  
ab Authoribus memoren-  
tur. 18

## LIBER II.

De morte & successione E-  
picuri. 29

Cap.I. **Q**uod Testamen-  
tum fuerit ab  
Epicuro conditum. 29

II. Que fuerint illius extre-  
ma. 32

III. Quo tempore obierit. 34

IV. Quâm cara Sectatoribus  
ejus memoria ficerit. 36

V. Quantâ constantia, con-  
sensioneque Schola ipsius  
successio viguerit. 38

VI. Qui successores, sectato-  
resque Epicuri commemo-  
rentur. 40

LIBER

nominatim Clemente, La-  
etantio, Ambrosio. 71

L I B E R III.

De occasione & authori-  
bus quæsitæ Epicuro in-  
famia. pag. 52

Cap. I. **N**on fuisse Epicu-  
rū eo fastu, quo  
Zenonem Stoicum, de Sa-  
piente ac virtute loquu-  
tum. pag. 52

II. Heinc Zenonis, itēmque  
Cleanthis, Chrysippi, alio-  
rumque Stoicorum odia &  
calumnia. 56

III. Confirmatio ex Seneca;  
& in Epicteto etiam, aliis-  
que Scētā Genius. 58

IV. Alia Stoici odii caußæ. 60

V. Quorsum exinde Epicuro  
creata, atque propagata  
apud vulgus infamia. 63

VI. De magnis viris in Epi-  
cūrum non ex rei verita-  
te, sed ex vulgari opinione  
scribentibus, ac speciaiim  
de Cicerone. 66

VII. De Plutarcho. 67

VIII. De Galeno. 69

IX. De Sanctis Patribus, ac

L I B E R IV.

De objecta Epicuro impie-  
tate. pag. 73

Cap. I. **E**PICURUS arguitur  
quod Deum aut  
non prorsus, aut simulac-  
coluerit. 73

II. Itēmque quod se & suos  
Scētatores in Diis haberi  
voluerit. 75

III. Declaratur ut Epicurus  
censi posset legitimè co-  
luisse naturā divinam. 77

IV. De superstitionis riti-  
bas ab Epicuro contemptis,  
& de objecta simulatio-  
ne. 79

V. Affectaritne honores divi-  
nos? 82

VI. Quonam sensu Lucretius  
dixerit Epicurū Deum? 84

VII. Quo sensu Epicuras suos  
quasi Deos esse voluerit. 86

VIII. Quæ Epicuri pietas  
fuerit erga patriam, pa-  
rentes, alios. 87

L I B E R

---

LIBER V.

De objecta Epicuro malig-  
nitate. pag. 90

Cap.I. **A**ccusatur Epicu-  
rus ingratitudi-  
nis erga Praeceptores. pa-  
gina. 90

II. Arguitur id. præambitio-  
ne , vanitatisque studio  
fecisse. 92

III. Accusatur etiam maledi-  
centia erga omnes anti-  
quiores Philosophos. 94

IV. Quod viuum etiam tri-  
buitur Sectatoribus ipsius.  
96.

V. Generalis eorum quæ sunt  
objecta, refutatio. 97

VI. De ambitione ob quam  
arguitur in Praeceptores  
fuisse ingratus. 98

VII. De convitiis in Philo-  
sophos fusis. 100

VIII. De objecta Sectatorum  
dicacitate. 101

---

LIBER VI.

De objecta Epicuro gula.  
pag. 104

Cap.I. **E**xprobratur Epi-  
curo gula immo-  
dica. pag. 104

II. Exprobratur præsertim  
gula fœda & noxia. 106

III. Epicuri sobrietas , fru-  
galitasque eximia proba-  
tur. 108

IV. Solvuntur ea, qua obje-  
cta de gula immodica sunt  
111.

V. Satisfitque proinde iis que  
Sancti Patres attigerunt.  
112

VI. Respondetur demum ob-  
jetis de gula fœda &  
noxia. 115

---

LIBER VII.

De objecta Epicuro Vene-  
re. 118

Cap.I. **D**eclamat in E-  
picuri Hortum,  
quasi in lupanar infame. 119  
Iterum

Librorum & Capitum Synopsis.

II. Iterum Epicuri amores & accepta ex iis damna. 119	versè oderit, pag. 140
III. Abactus proinde Epicu- rus è Philosophorum choro. pag. 121	Itemque speciatim, quòd Grammaticam, Poëticam, &c. 142
IV. Epicurum castè vixisse docetur. 123	III. Quod Rheticam. pa- gina 143
V. Purgatur Epicuri Hortus ab infamia ex mulieribus. 125	IV. Quod Dialecticam. pa- gina 145
VI. Refelluntur Epicuri Amo- res, & damna ad ipsos re- lati. 192	V. Quod arteis Mathemati- cas. 146
VII. Restituitur Epicurus in Philosophorū chorū. 132	VI. Respondetur ad objecta de disciplinis universè 148
VIII. De exactis Epicureis. 137	VII. Ad objecta de Gram- matica. 150
<hr/>	
LIBER VIII.	
De objecto Epicuro odio li- beralium disciplinarū. 198	VIII. Ad objecta de Poëti- ca, &c. 154
Cap.I. <b>O</b> bicitur quòd disciplinas uni-	IX. Ad objecta de Rhetori- ca. 158
	X. Ad objecta de Dialectica. 163.
	XI. Ad objecta de Mathe- matics. 165.

RERUM

LIBER PRIMUS  
DE ORTV, AC SERIE VITÆ  
E P I C U R I.

CAPUT PRIMUM.

*Epicuri Patria, Parentes, Fratres.*

  
PICURUS patriâ Samius creditus nonnullis videtur. Siquidem Timon, apud Laërtium, ultimum dicit Physicorum, qui è Samo prodierint; & Constantinus Porphyrogenneta illum perinde, ac Pythagoram ex Samo oriundum facit. Verum caussa fuit, quod pueritiam, primâque adolescentiam exegerit Sami cum patre, & fratribus; in eam scilicet pater ejus agripeta venerat, ut Ciceronis verbis dicatur. I. de nat. Parem ob caussam apud Strabonem Lampsacenus habitus est; Deourn. quippe Lampsaci commoratus, & familiaritate usus virorum ibi Principum. Epicurus igitur patriâ Atheniensis fuit, ut Laëtius, Suidas, & alii innumeris scribunt. Hinc Lucretius ipsius loci citato. laudes prosequuturus, sic exorditur: In voce Epicurus. lib. 6. → 2.1-6

Prima frugiferos fatuus mortalibus egri  
Dediderunt quondam praelato nomine Athene  
Et recreaverunt vitam, legesque rogabant,  
Et prima dederunt solatis dulcia vita,  
Cum geniere virum tali cum corde repertum,  
Omnia veridico qui quondam ex ore profudit.

A

Cum

Cùm populus verò Atheniensis tribubus distinctus, effusus  
 esset per τὰς δῆμους, seu affinia oppida, ex Theseo usque facta mu-  
 nicipia; Epicurus natus est Gargetti, quod oppidum fuit, ut  
 Phavorinus & Hesychius habent, ex tribu Αἰγείδης; ubi nimi-  
 rūm Theseus, ex Plutarcho, Pallantidas Αἴγεος, sibique insidi-  
 anteis oppresserat; & ubi Eurystheus, ut à Stephano narratur,  
 fuerat conseptus. Ea de causa δίπορος Ταγενός à Laertio di-  
 citur, à Statio Gargeticus author, & senex Gargettius; à Cice-  
 rone, Αἰλιανος, & aliis, simplici adjuncto, Gargettius.

in Lexicis.

in Theseo.  
de urb.

loc. cit.

l. 1. &amp; 2.

Silo

l. 15. ep. 16.

l. 4. var.

hif.

lib. 10.

in Solene.

loc. cit.

in Anthol.

l. 3.

hb. 14.

l. 1. denat.  
Deor.

In voc.

Epicur.

loc. cit.

hb. 2. adv.  
Col.hb. de amor.  
frat.

Cæterūm scribit Laertius, ex Metrodoro in libro de nobili-  
 tate, Epicurum fuisse μῆνες οὐ φιλαΐδην, ex genere Philaidarum.  
 Constat verò Philaidas denominatos à Philao, altero illo Aja-  
 cis filio, qui habitavit in Melite, & cuius meminit Plutarchus,  
 adjiciens Pisistratum quoque ex Philaidis extitisse. Ex hoc ita-  
 que genere, Epicuri pater, apud Laertium, & alios, fuit Ne-  
 ocles, mater verò Chærestrata. Et frequenter quidem citatur,  
 Græcanico more, Epicurus Neoclis; interdum tamen Neoclides  
 simpliciter appellatur; ut cùm à Menandro confertur cum  
 Themistocle cuius etiam patri fuit Neocles nomen. Prætero  
 Epicuri patrem fuisse, ex Strabone, unum ex duobus civium  
 millibus, quos Athenienses ἀπέστειν in Samum miserunt, cùm  
 jam ante Pericle, & Sophocle missis, rebellanteis Samios obsi-  
 dione gravi afflixissent. Omitto fuisse & Ludi-magistrum,  
 quod præter Strabonem notat Cicero, dum sugillare quasi  
 pergens: sed cùm agellus, inquit, eum non satis aleret, ut opinor,  
 Ludi-magister fuit.

Fratres Epicuri duos solum Suidas memorat, Neoclem, &  
 Chæredemum: at Laertius tertium addit ex Philodemo Epicureo, Aristobulum scilicet, quem Plutarchus videtur interdum  
 nominare Agathobilum. Quā curā, ac benevolentia Epicu-  
 rus fuerit ipserum reverentiam simul, & affectum promeritus,  
 declarat eximiè Plutarchus, dum stupore dignum judicat, quo-  
 modo ille sic animarit, isti affecti sic fuerint. Hos omneis ante  
 Epicurum diem obiisse vel ex ipsius testamento intelligi licet;  
 cùm neque illis, neque de illis, at viventibus, quicquam man-  
 deret;

det; sed celebrari solum præcipiat fratum diem mense Posidæ-  
one. Et quamvis de Chæredemo nihil certius constet, de A-  
ristobulo tamen liquet clarus, ex eo, quod Plutarchus scribit  
Epicurum totum fuisse in Metrodoro, Polyæno, & Aristobulo  
tum ægrotantibus curandis, tum deflendis mortuis. De Ne-  
ocle autem apertissime ex eodem Plutarcho, dum memorat E-  
picurum voluptate quadam lachrymis permisâ diffusum, ex  
recordatione verborum extremorum Neoclis. Ut illi gravibus  
morbis adflicti interierint, à Plutarcho, & Suida satis, superque  
exaggeratur. I. 2. adv.  
Col.  
ibid.  
ibid.  
loc. cit.

## CAPUT II.

## Tempus Natale.

**N**atus est autem Epicurus, referente Laertio, ex Apollodo-  
ro in Chronicis, Olympiadis cix. anno III. septima die lib. 10.  
mensis Gamelionis; Quo quidem natali, ex Plinio, fuit Luna  
xx. Porro, cum Hecatombæon (primus nempe mensis) hujus l. 3. 5. c. 2.  
anni, incidat in æstatem anni periodi Julianæ, quâ jam Chro-  
nographi utuntur, MMMM, CCC, LXXII. constat Gamelionem  
ejusdem ab Hecatombæone septimum, incidere in principium  
anni MMMM, CCC, LXXXIII. qui in initio ante vulgarem Christi  
Epochen annis completis cccxli. Quoniam vero Januario  
mense, in quem principium Gamelionis cadere deprehenditur,  
novilunium contigit in horizonte Attico, ex tabulis cœlestium  
motuum, die iv. manè, (seu, si mavis die III. juxta Atticos,  
qui, ex Censorino, supputabant dies ab occasu in occasum) lib. de di.  
ideò, cum Luna xx. coincidat diei Januarii XXIII. sequetur  
Epicurum natum die Januarii XXIII. Nempe, si ponè Cæsaris  
tempus eandem anni formam esse produxerimus. At-  
que id quidem vetere stylo, juxta quem etiam fuit eo anno  
cycle Solis v. seu literarum Bifextilis anni Dominicalium B,A,  
unde & dies Januarii vigesimus tertius esse debuit dies Solis,

seu Dominicus. At si ad stylum Gregorianum decem diebus maturiorem (quod is nobis jam usui sit) componamus negotium, colligemus Epicurum natum die Februarii secunda exsistente Dominicâ (literæ nempe Dominicales fuisse debere intelliguntur E, D,) Anno ante Christum, seu Æram Christianam CCCXL<sup>i</sup>. ac proinde ante hujus à Christo anni M, DC, XXXIV. Februarium ineunte, anno completo M, DCCCC, LXXIV. Prætereunda heic aliqua non sunt,

lib. 10.

Primò, observare Laertium quo anno natus est Epicurus, Archontem fuisse Sofigenem, huncque ipsum annum fuisse septimum à morte Platonis. Adde & fuisse decimum sextum Alexandri Macedonis; fuit enim ex eodem Laertio proximus ab eo, quo Aristoteles evocatus est ad ipsum natum jam annos quindecim.

in Chron.

Secundò, excusari vix posse erroris Eusebium, quod florentem Epicurum faciat Olympiade CXII. Quippe eo tempore Epicurus vix pueritiam exegerat, solùmque florere in Lyceo Aristoteles incipiebat, reversus putà ex Macedonia Olympiade præcedente, uti apud Laertium est.

loc. cit.

Tertiò, ferendum non esse mendum, quod irrepit in Suidam, imposuitque interpreti ejus, dum Epicurum natum facit Olympiade LXXIX. Nihil attinet memorare quantum hoc repugnet non cæteris modò historiis, verùm iis etiam, quæ apud Suidam sequuntur, ut dum Epicuri ætatem productam facit ad tempora usque Antigoni Gonatae. Observò solùm, cùm pro numero Olympiadum Suidas videatur haud-dubie posuisse, quibus notis designaretur Olympias CIX. facile oblitteratam in exemplaribus caudam τε, ut remaneret, quasi ο, sive ex ο significaretur Olympias LXXIX.

in voc.  
Epic.

Quartò, nihil esse morandum, quod Chronicon Alexandrinum, Georgius Sincellus & alii, platicè nimis de tempore, quo Epicurus floruerit, loquantur; ac nihil curandas virorum quorumdam alioquin celebrium hallucinationes, dum Aristippum Epicuro posteriorem faciunt, & quædam similia. Notandum solum quod B. Hieronymus refert ex Cicero pro Gallio: Me-

de vi. Cler.

mo-

moratus enim poeta, Epicurum, & Socratem colloquenteis faciens, quorum etates, inquit Cicero, non annis, sed seculis scimus esse distinctas.

Quintò, Epicuri natalem ex Laertio, Plinióque desumptum argumento esse videri, quod alia mensium civilium, alia iuniorum principia apud Atticos olim fuerint. Mirum profectò esse videatur, nisi quis putet colligi posse cœpisse menem Gamelionem ab ipso duntaxat antecedente plenilunio : cum si diem Lunæ xiv. primam diem mensis numeraveris, efficiatur, ut xx. Luna septimæ mensis coincidat. Ut taceam quod Epicurus vi-fus sit testamento suo constituere celebrandum natalem suum in decade prima dierum mensis Gamelionis, quod ipsorum nempe uno natus esset ; ac deinceps etiam aliquid specialius de xx. Luna ordinari, quod & ipsa natalis fuisse, ut referemus postea. Nisi forte audiendum putas Anonymum illum, qui Epicurum natum scribit Gamelionis *et nata*, seu die xx. Sed nescio an authoritate præponderare Laertio debeat. In illo certè plurimos errores, eosque gravissimos vel unus Meursius animadvertisit. Ut omittam Gamelionis *et nata* posse fortassis intelligi de Luna xx. intra Gamelionem mensem incidente, ex Cicero-ne infrà citando : Tametsi ista obiter.

## CAPUT III.

*Ubi Pueritiam, Adolescentiam, Juventutem exegerit.*

**J**AM Laertius ex Heraclide in Sotionis epitome, refert coloniā lib. ro. ab Atheniensibus in Samum deductā, Epicurum ibi nutritum ad annum usque ætatis xviii. quo Athenas venit, Xenocrate in Academia, Aristotele verò in Chalcide commorantibus. Addit lib. 14. Strabo partim Sami, partim Tei educatum pubertatem egisse Athenis, cum Menander Comicus unā adolesceret. Pergit Laertius mortuo Alexand. Macedone, & afflictus sub Perdicca Atheniensium rebus, Colophonem ad patrem transiisse, ann. videlicet ætatis circiter xxii. Scribit aliquandiū ibi commoratum, & sub-

jungit postea ex Apollodoro, ab anno ætatis xxxii. ad annum usque xxxvii. vixisse partim Mitylenæ, partim Lampaci, (quod aliquando cum pergeret, non sine discrimine navigavit, ut apud Plutarchum observatum est.) Definit Suidas quantum temporis utrobius manserit, annum putat unum Mytilenæ, quatuor Lampaci. Subdit Laertius rediisse Athenas Archonte Anaxicrate. Quia vero Anaxicrates (successor scilicet Charini, sub quo Seneca observavit datas ad Polyenum ab Epicuro literas) præfuit Olympiadis cxviii. anno ii. ac proinde Epicuri nonnisi xxxvi, necesse est metachronismum unius anni hec fieri.

Huc usque porrò est locorum, temporumque series, quibus Epicurus pueritiam, adolescentiam, ac juventutem exegit, partim addiscens, partim docens, priusquam pede Athenis fixam sectam institueret.

## C A P U T IV.

### *Quos Praeceptores audierit.*

**U**T aliquid vero dicamus de Magistris, quos habuit; legimus ecce apud Laertium, traditum ab aliquibus Epicurum auditorem fuisse Pamphili Platonici; quod Suidas quoque asseverat. Cicero etiam memorat Epicurum ipsum referentem illum a se Sami auditum, quamvis doctrinam ipsius misericè contemneret. Idem iidem: ac præterea Clemens Alexandrinus, &c alii tradunt de Nausiphane Pythagoreo Pyrrhonis auditore, quanquam Sextus Empiricus scribit inficiari ipsum, quod Nausiphanius discipulus extiterit. Quin Apollodus in Chronicis, tradidit quidem Epicurum audivisse Lysiphanem, & Praxiphanem; verum hoc, inquit Laertius, non asserit ipse in sua ad Eurydicum epistola. Xenocratem quidem audire potuit, & sunt, inquit Cicero, qui poterint audivisse, (ut Demetrius Magnesius apud Laertium) ipse Epicurus non vult.

Di-

*I. 2. adv.  
Cal.  
in Epic.*

*epist. 18.*

*lib. 10.  
in Epic.  
lib. i. de  
nat. deor.  
lib. i.  
Strom.  
loc. cit.  
lib. i. adv.  
Math.  
loc. cit.  
I. i. de nat.  
Deor.*

Dicerem de Democrate, cum quo Plutarchus Epicurum contendisse notat *εἰς συλλαβῶν, τοῖς ἀρχαῖς, de syllabis, & apicibus*; nisi *l. 2. adū.* suspicarer mendosè Democratem legi pro Democrito, vel ex *Col.* eo, quòd subjicit Plutarchus Epicurum decreta omnia fuisse ab illo suffuratum; quæ est circa Democritum celebris facta objectio, ut infra memorabitur. Dicerem & de Metrodoro, quem *Isay. in A.* Achilles Tatius *Διδόταλον* Magistrum, Stobæus *καλαγονίν*, Inter- *rat phen.* *cap. 5.* pres *doctorem* Epicuri vocat, suspicarérque illum esse posse, quem *Ecl. phys.* Diogeni Cynico Solinus facit contemporaneum; nisi opinio *cap. 1.* illi attributa de Mundorum infinitate, déque atomis, argueret Metrodorum Chium Democriti discipulum, quem Epicurus non voce *doctorem*, sed scripto *ductorem* habere potuerit.

Quo modo etiam accipiendum, quod Lucianus jocatur fuisse Epicurum Democriti discipulum, dum discipulum etiam facit Aristippi, ob opinionem de voluptate, quam tamen fuisse longè diversam utrique probatam, suo loco constabit. Ut cumque seres habeat, ex iis, quæ deducta sunt, Cicero, Plutarchus, Em. *locis citatis.* piricus, alii, scribunt Epicurum solitum gloriari, quod Magistrum habuerit nullum, sed *ἀνέλθαντο* existens, suopte ingenuo, ac industriâ philosophus evaserit. Etsi vero illi videantur non sine probro id memorare, facile tamen concedi debet illum marte suo adinvenisse plurima; cum & hec ipsa illi fuerit extrema consolatio, & tot libros conscripsit propriis solum dictis refertos, ut referemus paulò post. Certe Athenæus egregiam *apud Laert.* illius sententiam Epigrammate complexus, sic concludit, qua- *lib. 10.* si Epicurus, non aliunde edoctus illam, quam à Musis, aut Apolline fuerit. Quo etiam Lucretianæ illæ commendationes faciunt:

*Pectore parta suo, quæstaque præmia liquit. Et,  
Virtutem imitat animi, confingere ut arcta  
Nature primus portarum claustra cupiret.*

& consimiles alias referendæ. Hic noto, si quis requisierit quemnam saltem ex antiquis Epicurus magni fecerit, responderet Laertium, illum, Diocle authore, fuisse maximè amplexatum Anaxagoram (etsi in aliquibus illi contradixerit,) atque *loc. cit.* etiam

etiam Archelaum, qui fuerat Socratis Magister. Dicitur postea de Democrito: adjicio solum Epicurum cum admiraretur Pyrrhonis consuetudinem, quaevisse de illo assidue ex ipsius auditore Nauphane, ut Laerius habet in Pyrrhonis vita.

lib. 9.

## C A P U T V.

Quando, & quâ occasione ad Philosophiam se contulerit, Seclamque instituerit.

in Epic.

lib. 10.

Ibid.

Ibid.

L2. adv.

phys.

Scripsum porrò Stidas reliquit cœpisse illum Philosophiæ dare operam anno ætatis xii. Idem etiam alii, referente Laertio, scripserunt, dum vitam ejus scriberent. Verum ipse met Epicurus apud eundem Laertium testis est, non attigisse se Philosophiam, nisi anno xiv. ιφίψιαν τε φιλοσοφίας επι γερωντί ταρηκή δικα. Tradidit verò Hermippus, ex eodem Laertio, illum, cum forte incidisset in libros Democriti, ad Philosophiam se applicuisse. Sed & scribit Laertius ex Apollodoro Epicureo in primo de vita Epicuri, ad Philosophiam illum accessisse, Sophistas damnantem, & Grammaticos, postquam ipsi non poterant quid apud Hesiodum Chaos diceretur, interpretationi. Verum, quia Sextus Empiricus hanc occasionem philosophandi luculentius edisserit, non pigebit ipsius verba in hunc locum transcribere. Itaque, postquam proposuit difficultatem circa illa Hesiodi carmina,

H'ει μὴ πρόλιτον Χάος γένεται αὐτὸν εἴ πειτε  
Γαῖαν εὐρύσεγθε πατέτω εἰδότε, φέτε.

Exortum primū Chaos est, dein pectore lata  
Tellus, cunctorum sedes.

Subjicit: Et hanc nonnulli causam fuisse Epicuro dicunt subitanei ad philosophandum instinctus. Prorsus enim adolescentulus cum esset, rogavit Grammaticum, illud sibi prelegentem, Exortum primū Chaos est, εἰπόντος Χάος γένεται, εἰπεπ πρώτον γένεται; Ex quoniam Chaos exortum esset,

fi

¶ quidem primum exortum erat? Dicente illo, talia docere, non esse sui  
muneris, sed illorum esse, qui vocarentur Philosophi, τόντων ἐφορεύοντων Επίκουρον, οὐτε συνέργοι μη βασισάσον, ἀλλ' αὐτοὶ τὸν τοῦτον ἀληθεῖαν ἴζανν. Igitur, inquit Epicurus, ad illos mihi accedendum est, quando ipsi sunt, qui verum veritatem perspectam habent. Simile quidpiam narrat Agel- lib. 20.  
lius sibi contigisse, dum rogatus Grammaticus quid verba hæc cap. 9.  
Enniana essent, EX IURE MANU CONSERTUM:  
Aut erras, inquit, adolescentis, aut ludis. Rem enim doceo Grammati-  
cam, non jus respondeo. Sed ad Epicurum. Omitto hoc primum,  
quod nonnulli dicunt, fuisse illum Ludimagistrum, νεαρού-  
τεδικταλού, & priusquam quidem se ad Philosophiam conferret,  
ex Hermippo apud Laertium. Præterea etiam quod infesti er- loc. cit.  
ga illum Stoici, apud eundem, ipsi exprobrarunt, exigua qua-  
dam, & invidiosa mercede literas cum patre docuisse; cum ma-  
tre verò παραγενόται, preculas lustraleis legisse, circumeundo ædicu-  
læs. Hoc observo: postquam Philosophiam attigit, cœpisse il- lib. 20.  
lum scholæ præesse annos natum XXXI. ut Laertius memorat; ibid.  
idque primum Mitylenæ, ac deinde Lampsaci: ut vel ex iis,  
quæ sunt ex Suida relata, intelligitur. Quanquam ex Colopho- ibid.  
ne usque discipulos coegerat, ut idem quoque Laertius habet.

Verum postquam est Athenas reversus, anno seu XXXVI, seu lib. 10.  
XXXVII, primum quidem ad aliquod tempus in congressu cum  
ceteris, inquit Laertius, est philosophatus; at privatim deinde Se-  
ctam à se vocatam constituit: Videlicet Democriti admiratus pri-  
mùm doctrinam, Democriteum se professus est, quemadmo-  
dum Plutarchus refert: Quia verò plurima deinceps vel im- lib. 1. ad.  
mutavit, vel de suo adjecit, idcirco is fuit, à quo Sectatores E- col:  
picurei nominarentur.

Quædam heic dicenda de Secta hac forent; ut scilicet propago  
fuerit appellatæ Italice, quæ à Pythagora originé ducens, per Xe-  
nophanè, ac Parmenidiæ, ad Zenonem pervenerit Eleaticæ Sectæ  
authorem, ac deinceps per Leucippum, & Democritum, intercep-  
trōsq; alios (etiam Pyrrhonem Scepticæ authorem) ad Epicu-  
rum fuerit deduxta: Ut item varia placita, quibus à Sectis cæ-  
teris discerneretur habuerit, ac fusè adeò differuerit de rebus atti-

nentibus ad omnibus Philosophiae parteis: Verum quia res ad Philosophiam, ipsamque adeo doctrinam spectat, ideo prævertenda hoc loco non est.

## C A P U T VI.

*Ubi Scholam habuerit.*

**C**æterum cum alii principes Sectarum quædam Athenis loca delegissent, ut Academiam, Lyceum, & alia; coemit ipse hortum per amœnum, comparavitque pretio minarum LXXX, (seu aureorum Solatorum, quingentorum septuaginta trium, quales nobis usui sunt) ibique cum suis familiaribus, discipulisque, & vixit, & philosophatus est. Ita Laertius, præceteris, ex citato Apollodoro. Scribit autem Plinius Epicurum. lib. 19. c. 4. primum hoc instituisse Athenis, agrorum, villarumque delicias, nomine hortorum in ipsa urbe possidere; cum usque ad eum mos non fuisset in oppidis habitari rura. Ex quo sit ansa suspicandi hunc locum fuisse etiam regiunculam, quam Pausanias adhuc temporibus suis appellatam memorat hortos; adjiciens in ea extitisse statuam Veneris, Alcamenis opus, inter cetera, quæ Athenis celebrarentur, spectatu dignum (quod vel ex Luciano colligere licet) ipsique adjacuisse templum Veneris, cum statua Veneris celestis. Taceo exinde hortum persæpe multitudinis numero efferi; ut videre licet apud Ciceronem, Juvenalem, & alios. Interdum vero etiam cum diminutione, ut cum à Virgilio appellatur *hortulus*. Quomodocumque autem usurpetur, acceperit solet pro ipsa Secta, seu Doctrina, quæ ab Epicuro, Sectatoribusque in illo tradita est. Unde & Epicurei dicuntur esse, exempli gratiâ, ab Empirico, οἱ δὲ τούτοις, ex hortis Philosophi: (sicuti οἱ δὲ τούτοις intelliguntur Stoici) & nominatum Apollodorus, quod princeps hortorum suo tempore haberetur, ὑπὸ νεόντων dictus est, ut à Laertio perhibetur.

Observe obiter emendari heinc posse distichon illud Petronium:

loc. cit.

lib. 19. c. 4.

lib. 1. seu  
in Attic.

in Imag.

l. 2. ad.

Att. ep.

24.

Sect. 14.

nium Epigrammatis ultimum, quod ex antiqua editione in  
hunc modum legitur,

*Ipse pater veri doctus Epicurus in arte,  
iussit, & hoc vitam dixit habere.*

Id eruditos sic exercit, ut alii legendum censeant, *doctus Epicurus in arte*; alii, *doctrina Epicurus in arte*; alii, *doctus Epicurus amare*; alii, *doctos Epicuros amare iussit, & hanc vitam dixit habere Deos*. Enimvero, quod spectat quidem ad carmen Pentametrum, nihil videtur immutandum, cum celebre sit Epicuri dogma, *tu idolum etiam rite. Euanescit & voluptatem esse beatę vitę finem*; & dici aliunde non possit, quis unquam, etiam obtestatorum, Epicuro tribuerit, ut existimat esse apud Deos illam seu vitam, seu voluptatem, qua de illic agitur. Quod attinet vero ad Hexametrum, planum videtur, ut sic legatur,

*Ipse pater veri doctis Epicurus in hortis.*

Nempe immutatio non magna, *doctis, pro doctus; hortis pro arte*; & res aliunde non modo quadrat cum eo, quod in hortis Epicurus docuit, sed etiam penè indicatur illo Propertii disticho:

*Illeic aut studiis animum emendare Platonis*

*Incipiam, aut hortis, docte Epicure, tuis.*

quippe *docto hortis, pro docto Epicuro, metonymicā, appellatis, modo, quo idem Propertius Elegiam sic inchoat,*

*Magnum iter ad doctos proficiisci cogor.*

Præter porro hortum, hortosve, qui cum adjunctis ædibus civitati adjacebant, fuit Epicuro domus, ad quam aliquando cum discipulis, amicisque diverteret, sita in Melite; quod oppidum fuit Cecropiæ tribùs ex Suida; inhabitatum à Philæo, majorum in Lexic.  
Epicuri uno, ut suprà memoravimus, habensque celeberrimum, ex Phavorino, Herculis templum. (Stephanus certè ut insulam, sic aliam ab hac intellixisse urbem videtur, cum & tribus Oenoidis, & Carthaginensium coloniam descripsit.) In hanc Epicurus interdum cum discipulis secedebat; ipsamque deinde, testamento suo reliquit Sectatoribus, ut recitabimus postea.

Eleg. 21.  
ad Cinth.

Heic adverte locum illum epistolæ xix. libri v. ad Atticum, qui haec tenus torsit erudita ingenia, non incommodè explicari.

Lo.

Locus sic vulgò legitur: *Etiam, atque etiam vale. De Patrone, & tuis condiscipulis, que de Tarentinis in militia laboravi, ea tibi grata esse gaudeo.* Ut cumque verò aliqui legant, *vale dic Patroni, &c.* nemo tamen dicere potest qui sint illi *Tarentini*, quæ illa *militia*, quid illud quod *Cicero laboravit*, sive egit. Itaque nobis videtur non *in militia* legendum, sed *in Melite*, & pro *Tarentinis* reponendam vocem *Parietinis*, cuius Cicero aliàs meminit; sive sensum planum futurum. Sciendum nimirūm cœdeis illas, quas in *Melite* Epicurus habuit, parietinas jam fuisse factas Ciceronis temporibus. Cum verò illas C. Memmius exædificandas decreto Areopagi obtinuisset, Patro, aliique Epicurei id ægrè ferentes, poposcere ex Cicerone literas ad Memmium, quibus illum hortaretur, ut à cœpto desisteret. Cicero ergo ad Memmium scripsit, illumque enixè rogavit, ut vel ipsius Attici causâ, parietinas illas Patroni, cæterisque concederet. Exstat hac de re Epistola prima libro familiarium xiii. ejusque exemplum ad Atticum missum constat ex Epistola xi. libri ad Atticum v. Cum autem & res successisset, & Atticus id gratum habuisset (nempe & ipse Epicurus, adeò ut Patro, aliique haberentur ejus condiscipuli) tum sequente epistolâ xix. Cicero postquam vale dixit, quasi postscripto, apposuit: *De Patrone, & tuis condiscipulis, (supple, quod restabat dicendum, seu quod oblitus fueram:) que de Parietinis in Melite (nimirum sitis) laboravi, ea tibi grata eße gaudeo.*

## CAPUT VII.

*Ut amicis, & illis quidem quam numerosis con-*  
*vixerit.*

**A**D Epicurum ipsum ut redeam, is, ex quo Athenas rediit, Archonte Anaxicrate, solum bis, aut ter in Joniam ad invisendum amicos excurrit; ac reliquam porrò ætatem, eamque celibem exegit Athenis; neque patriam unquam deserere voluit, quantumvis ea temporibus difficillimis urgeretur, uti

uti à Laertio adnotatum est. Difficillima illa autem illa tempora videntur potissimum fuisse, quibus Demetrius obfedit Athenas, circa annum Epicuri XLIV. Quanta tum fames civitatem oppresserit, describit Plutarchus. Memoriā verò dignum est, quod enarratā digladatione circa praeoccupandum murum, qui fuerat mortuus ē tecto delapsus, inter patrem quendam, & ipsius filium, subdit: *Ferunt etiam Epicurum Philosophum familiareis suos sustentasse, partitum cum ipsis ad numerum fabas.* Vixit itaque Epicurus reliquo tempore Athenis in tot amicorum, discipulorumque consuetudine, & institutione, ut civitates integræ iis capiendis impares essent: quæ sunt verba Laerii. Scilicet non ex Græcia modò, sed undique, ut ille habet ex Apollodoro, ad illum confluebant, simulque cum illo in horto vivebant. Intellige verò præsertim ex Asia, ac nominatim Lampsaco, atque etiam ex Aegypto, ut vel ex uno Plutarchi loco facile est colligere. De viëtū continentia, frugalitatēque inferiū dicendum. De convictū cum amicis notari id potest, quod ex Diocle apud Laertium, aliisque intelligitur; Epicurum nempe, non ut Pythagoram amicorum omnia communia dicentem, bona in commune conferri voluisse; quippe idesse dissidentium, atque idcirco non amicorum; sed ab unoquoque, si quid opus forer, hilariter suppeditari. Innotescet res ex infrā dicendis. Reticendus heic interim nō est egregius Ciceronis locus: Neq; verò, inquit, Epicurus amicitias oratione solum, sed multò magis *de occ. viv.* ritā, & factis, & moribus comprobavit. Quod quām magnum sit, fin. fictæ veterum fabula declarant; in quib; tam multis, tamque variis ab ultima antiquitate repetitis, tria vix amicorum paria reperiuntur, ut ad Orestem pervenias, profectus à Theseo. At verò Epicurus unā in domo, & eā quidem angustā, quām magnos, quantāque amoris conspiratione consentaneis tenuit amicorum greges? quod fit etiam num ab Epicureis. Hæc Cicero. Addo cum inter varios amicos *loc. cit.* Iystratus etiam à Laertio commemoretur, atque is ille esse videatur, de quo Valerius Maximus, simulque de Hippoclido altero Epicureo, mirabile aliquid narrat, idcirco verba Valerii meritò heic adtextum iri; ac præsertim cum exinde illustrari

valeat, quod referetur postea ex Epicuri testamento, de communicatis Sectatorum bonis. Ea sunt: *Hoc loco apte referantur lib. 1 cap. 8.* Polystratus, & Hippoclides philosophi, eodem die nati, ejusdem preceptoris Epicuri Sectam secuti, patrimonij etiam possidendi, alendaque Schola communione conjuncti, eodemq[ue] momento temporis ultimâ senectute extincti. Tam aqualem fortuna pariter, atq[ue] amicitiae societatem, quis non ipsius celestis Concordia finu genitam, nutritam, atq[ue] finitam putet? Sic ille.

## CAPUT VIII.

*Qui præcipui illi amici, sive familiares, discipulique extiterint.*

*lib. 10.*

*lib. de amor. frat.*

*l. 2. adv. Col.*

*ut Genebr. lib. 2. chronol. in Epic.*

**V**erum ut elenchem heic interseramus eorum, qui præcipui illius amici, sive familiares, discipulique sunt habiti, praetermittere in primis non decet treis illos Epicuri fratres, quorum initio meminimus, Neoclem, Chæredemum, & Aristobulum. Illi nempe, ejus hortatu, philosophati cum ipso sunt, ex Philodemo apud Laertium. Addit Plutarchus arreptam ab ipsis, ut à Numine percitis, *curvib[us] servitor[um]*, fratri Philosophiam, cùm videlicet à teneris annis persuasum haberent, ac profiterentur extitisse neminem Epicuro sapientiorem. Celeberrimus porrè trium fuit Neocles. Is, cùm à puero prædicaret fratrem suum mortalium sapientissimum, adjiciebat, quasi rem miram, matrem suam tot, tantisque continuisse atomos, ex quarum congressu sapiens gigneretur, ut apud eundem Plutarchum est. Heinc, quia Neocles non suam, sed fratri Philosophiam amplexatus est, nescio quorsum aliqui dicant Sectam fraternæ similem, fuisse à Neocle introductam. Nisi fortè nixi videntur loco illo Suidæ, quo dicitur Neocles scripsisse de sua Secta: quis tamen non videat intelligi posse scripsisse illum de Secta, quām profiteretur, et si inductam ab alio; & maximè cùm de hac Neoclidarum Secta altum ubiq[ue] silentium.

Nota obiter dictum illud *λαζη βιωνος, delitesce vivens, seu occul-* lib. de eo.  
*tus vive, quod à Plutarcho impugnatur, estque relatum inter a-*  
*dagia, istius esse Neoclis, uti Suidas citatus docet.*

Tribus fratribus subjiciendi sunt tres ii familiares, quos ex Epicuri contubernio magnos viros prodiisse apud Senecam legitur.

Metrodorus primus occurrit, ipse enim penè alter Epicurus fuit, ut Cicero loquitur. Lampsacenus autem fuit, ut Strabo apertè declarat. Etsi enim Laertius videatur Athenensem dicere, locus est tamen valde mendosus, cum præfertim constet Athenensem non fuisse ex illa Ciceronis antithesi: *Quā locū beator Epicurus, quād in patria, quād Athenis Metrodorus?* Quia scilicet non erant Athenæ Metrodori patria. Laertii locus ita lib. 10. habet: *Μάγντας Ἰόνιος (ε' Επικουρος) πολις επιστροφή δια μονίμους Μυτερέας Αθηναῖον, καὶ Τιμοκράτεω, καὶ Σεβαστού λαμπτεῖν εἰλικρίνη, δια αὐτοῦ τοῦ αὐτοῦ εἴγε οὐταντος αὐτοῦ, &c. id est, Discipulos multos ille quidem, admodum verò illustres habuit Metrodorum Αθηναῖον, & Timocratem, & Sanden Lampsacenum, qui ex quo agnovit virum, ab eo non discessit, &c. Crediderim, quod me adtinet, voces illas, Αθηναῖον, καὶ Τιμοκράτεω, καὶ Σεβαστοῦ, expugnandas ab eo loco esse. Quippe eas si detraxeris, reliqua optimè cohærent; si admiseris, prorsus dissonant. Metrodorus scilicet fuit, quem verè dicas λαμπτεῖν, & cui illa omnia, quæ sequuntur, convenient, non verò Sandes, cuius falsum est (præter cætera) Epicurum in testamento, de quo postea meminisse. Et quamvis Casaubonus putet Αθηναῖον esse in not. ad posse nomen viri proprium; mirum tamen, quomodo nusquam aliás tam de Athenæo, quam de Sande, ut Epicureis aliquid audiatur, cum heic tamen Laertius recenseat επικουρος μαγντας. His certè detraetis tres iidem, puta Metrodorus, Polyænus, Hermachus continuâ serie describuntur, quos Senecam, ut επικουρος conjunxit jam diximus. Quod spectat ad Timocratem, ille obiter, cum de Metrodoro, ut illius frater postea memoratur, ac videtur proinde eo loci præter rem interpositus. Quomodo autem voces illæ in textum irrepserint, causam suspicor, quod fortassis librarius quispiam adnotasset in margine,*

Erasm.

Chil. 2.

Cent. 10.

in Neoc.

epist. 6.

lib. 2. de

fin.

lib. 13.

Quā locū.

lib. 10.

Laert.

ca.

ea, quæ in textu haberentur, haberi etiam apud Athenæum (authorem deipnosophistarum) is enim habet aliqua, & apud Timocratem; is enim etiam à Laertio citatur; & apud Sanden nescio quem, (fortè Suidam, aut alium.) Perspectum verò est quam multa marginibus adposita in textum olim inserta fuerint, ex librariorum oscitantia.

lib. 2.

Metrodorus ergo patriâ Lampsacenus (aliusque, ut constat, ab illo Anaxagorę familiari, cuius Laertius quoque meminit) natus videtur Epicuro annum agente duodecimum. Siquidem cùm ex Laertio mortuus fuerit anno ætatis <sup>M. 700 d. C.</sup> LXXXI. (cohærentia enim verborum, & sensus efficit ut legendum censeam <sup>M. 700 d. C.</sup> eoque septimo ante obitum Epicuri, qui attigit annum septuagesimum secundum, clarum est annum ejus natalem debuisse in duodecimum Epicuri incidere. Ex quo porrò tempore Metrodorus Epicurum novit (potuit hoc autem contingere, cùm ageret annum secundum & vicesimum, Epicuro scilicet Lampsaci degente) nunquam ab eo (quod ex Laertio cooperamus dicere) discessit, nisi sex menseis, quibus cum domi abfuisset, ad Epicurum reversus est. Is & sororem Batidem Idomeneo collocavit, & Leontium concubinam habuit. Liberos suscepit, quos Epicurus in testamento, & in ea Epistola, quam scripsit moriens, commendavit, ac nominatim filium Epicurum nominatum. Vir omnino bonus, & adversus molestias, mortēisque ipsam intrepidus, ut ipse quoque Epicurus

lib. 3. cap. 21.

testatus est apud Laerium. Intercutis morbo laboravit: scribit enim Cornelius Celsus illum, cùm hoc morbo tentaretur, neque æquo animo ferret necessariam sitim, ubi diū abstinuerat, bibere solitum, ac deinde evomere. An hoc morbo, an alio interierit, non constat. Quos libros ipsius Laertius recenset, ejusmodi sunt: Adversus medicos, tres. De sensibus, ad Timocratem. De magnanimitate. De Epicuri infirmitate. Adversus Dialeticos. Adversus Sophistas ix. De itinere ad sapientiam. De mutatione. De divitiis. Adversus Democritum. De nobilitate. Citat præterea Plutarchus libros de Philosophia; de Poëtis; adversus Timarchum. Citat & Clemens Ale-

adv. Col.

Alexandrinus librum, *Quod qua causa est ex nobis ad felicitatem, lib. 2.*  
*major sit ea, qua ex rebus est. Sed de Metrodoro satis.*

Ex aliis duobus alter fuit Polyænus Athenodori filius, ipse quoque Lampsacenus. Is fuit magnus mathematicus, ut Ciceronis verbis utar; & ut paucis multa complectar, modestus, Acad. & amabilis; quod apud Laertium Philodemus habet. Alter lib. 10. fuit Hermachus Agemarchi filius Mytilenæus. Patipere patre is natus est; ab initio Rheticæ studuit, ac deinceps in Philosophia sic se idoneum præstiterit, ut ipsum Epicurus motiens scholæ sue præfecerit. Apud LySIam mortuus est. Multa illius mentio in Epicuri testamento. Quos ejus libtos memorat, pulcherrimisque dicit Laertius, hi sunt: Epistolica de Empedocle xxii. De disciplinis (bene enim, Casaubonus legit non ~~ad hanc~~ sed ~~ad hanc~~) libri duo. Adversus Platonem. Adversus Aristotelem.

Attraxisti sunt Leontius Lampsacenus, quem unum ex l. i. ad. 8. summis Epicuri discipulis Plutarchus appellat, adjiciens hunc Col. ipsum esse, qui ad Lycophronem scripsit honorem haberi Democrito ab Epicuro. Rursum Colotes, & Idomeneus, ipsi quoque Lampsaceni. Prioris facieha sæpius erit mentio, occasione potissimum duorum illorum librorum, quos adversus ipsum Plutarchus composuit. Scribit Laertius alicubi discipulum illius fuisse Menedenum Cynicum, (nisi forte lib. 6. alias Colotes Lampsacenus fuit) Ejusdemque est locus ille quo apud Macrobium doceret non oportuisse Eri fabulam à Pla- lib. i. m. tone confungi, quoniam nullum signum genus veri professoribus conve- somn. niret. Posteriorē celebrem reddere Epicurus voluit suis literis, ut re ipsa reddidit, quemadmodum Seneca demonstrat. Exemplum enim, inquit, Epicuri referam: cum Idomeneo scriberet, & epist. 21. illum a vita speciosa ad fidem, stabilemque gloria revocaret, rigide tunc potentiam ministrum, & magna tractantem; si gloria, inquit, tangens, notorem te epistola mea facient, quam omnia ista, que colis, & propter quæ toleris. Quis Idomenea nosset, nisi Epicurus illum suis literis incidisset? Omnes illos \* magistratus, & Satrapas, & Regem ipsum, \* Magista- ex quo Idomenei titulus petebatur, oblio alta suppressit. Hæc il- le.

le. Atque hi quidem, inquit Laertius, illustres discipuli sunt.

Adnumerari tamen iis possunt cum aliis, tum maximè duo ex Valerio jam memorati, Polystratus & Hippocrides; potissimum verò cum Laertius connumeretur Polystratum, qui Hermaco postea successit: nisi tamen Polystratus, qui Hippoclidi copulatur, censeri debet alius à successore Hermachi.

Subjungi posset Timocrates Lampsacenus Metrodori frater; sed is videtur defecisse, quod reprehensiones fraternalis non ferret, ut referendum est postea. Subjiciatur itaque potius servus Epicuri Mus, quem inter philosophanteis clarissimum, *ειδέζος τετρανθείας*, evasisse Laertius testatur, neque Agellius, & Macrobius oblivioni dant inter eos, qui philosophi ex servis non incelestes evaserunt.

Ut præteream verò Apellem, quem alicubi Plutarchus subsanat, tres hec dicendæ mulieres sunt, ex iis quæ sunt cum Epicuro philosophatæ. Una est Leontium, quam Philosophia sub Epicuro operam dedisse, tum Athenæus recitat, tum ex eo intelligitur quod, Cicerone referente, librum scripsit adversus Theophrastum, & sermone quidem scito, Atticoque, ut rursus occurret dicendum inferius. Altera est Themista Zoili filia Lampsacena, & memorati Leontei uxor, de qua etiam, præter ea, quæ attin-

*Lib. 13. lib. de nat. Deor.* genda inferius sunt, Clemens Alexandrinus aperte testatur. Tertia Philænis, quam etiam aliqua scripsisse Athenæus indicat, simul innuens libros obscenos, qui illi tribuerentur, suppositos fuisse à Polycrate Sophista, ut feminam calumniaretur.

Adjiciantur jam Herodotus, ille scilicet, ad quem Epicurus Epitomen parvam Physices, quæ est apud Laertium, scripsit, & qui inter cætera, ex eodem Laertio, librum edidit de pubertate Epicuri. Pythocles, ad quem Epicurus scripsit de rebus sublimibus quæ apud Laertium supersunt, & cuius, cum esset annos duodeviginti natus, indolem in Græcia non haberiparem, Epicurus censuit, ut habeat Plutarchus. Menceceus, ad quem Epicurus scripsit Epistolam illam de rebus ad mores pertinentibus, quæ est etiam apud Laertium, & cuius initium refertur à Clemente Alexandrino. Timocrates Demetrii filius Potamius, simulque

Amy.

Amynomachus Philocratis filius Batithes, quos ambos Epicurus fecit testamenti sui curatores. Nicanor, cuius studium Epicurus mandat prædictis curatoribus. Eurydicus, unus ex iis, ad quos, ex Laertio, Epistolas misit. Dositheus, ejusque filii Pyrrhon, & Hegesianax, ad quos consolatoria ob parentem mortuam Epicurus scripsit, uti apud Plutarchum est. Prætereo Polymedem, Antidorum, & alios, postea, cùm de libris, dicendos.

---

## C A P U T IX.

*Quam multa conscripserit.*

**N**ec verò Epicurus vivâ modo voce discipulos erudiendo tempus contrivit; sed & plurimū operæ in variis libris conscribendis posuit. Ut factâ autem comparatione ad cæteros Philosophos, quantum in ea re desudârīt, intelligas, unicum juvat audire Laertium. Is nimurum in præfatione dum Philo-  
phos comparat: *Multa, inquit, Zeno scripsit, plura Xenophanes, plura Democritus, plura Aristoteles, plura Epicurus, plura Chrysippus.* Quo loco vides Epicurum multitudine scriptorum uni Chrysippo concedere. Ne verò te lateat, ut etiam Chrysippum censeri possit superavisse, citat alio loco Laertius Apollodorum Atheniensem, lib. 7.  
qui volens, inquit, ostendere ea, quæ essent ab Epicuro proprio Marte scripta, neque aliunde apposita, Chrysippi libros longè superare, ita ad verbum loquitur: *siquis enim tollat ex Chrysippi libris quæ aliena adexta sunt, inanis ipsi charta relinquetur.* Hoc autem ne mirum videatur, docet alias lib. 10.  
idem Laertius, Chrysippum, cùm æmularetur Epicurum in multis scribendis, paratum librorum ejus id è appellatum à Carneade, quod, si Epicurus quidpiam scriberet (legendum enim *νερφας*, non *σπάδας*) scribere tantundem ille affectaret. *Quare illum & sape eadem, & quicquid occuriebat, scripsisse, idq; proinde in emendatū præfestatione intr-*

sisse, ac tot induxisse testimonia, ut iis solis libri completerentur ;  
 quemadmodum etiam invenire tum apud Zenonem, tum apud Aristotelem licet. Et hæc de Chrysippo Laertius. Non idem vero  
 de Epicuro. Refert enim ejus Cylindros (volumina, nempe  
 ἀνὴρ κύλινδρος, seu volvendo dicta) ad trecentos extitisse, in quibus,  
 inquit, nullum alienum testimonium exscriptum exstare; sed ipse metu  
 voces Epicuri sunt. Quæ memoro, ut videoas, cum Epicurus scri-  
 pserit tam multa, πολλα γραφάται, quod ille ait, οὐ τοιγέτε βοσκεια,  
 μηδετετελευταδηπερ, adeo ut etiam Origenes temeritatem Celsi  
 coarguens, ac veluti rem quamquam factu impossibilem judi-  
 cans, id objecerit, Nemo nostrum dicit se nosse quæ Epicuri sunt omnia;  
 videoas, inquam, divitem venam, quæ ille scaturierit, simulque,  
 quæ res maximè illum habuerit occupatum.

## C A P U T X.

Qui libri illius speciatim ab Authoribus memo-  
 rentur.

Operæ-premium porro est texere hoc loco quasi Indicem li-  
 brorum, non profectò omnium qui conscripti ab illo sunt,  
 sed eorum, quorum vel tituli apud Authores occurserunt : Ti-  
 tuli, inquam, nam libri ipsi temporum injuria sic interciderunt,  
 ut præter paucula compendia apud Laertium assertata, præter-  
 que fragmenta heic, illeic apud varios variè respersa, nihil ex  
 ipsis superstes sit, saltem quod hucusque nobis innotuerit.

Ut primum ergo recenseamus quos optimos Laertius ait, en-  
 quæ illi serie habeantur.

Περὶ φύσεως λόγος De Natura xxxvi. Ii citantur aliquando simpli-  
 citer, ή τὰς φύσεις, de Natura; aliquando cum adjuncto libri or-  
 dine, ut cum inferius ab eodem Laertio citantur libri i. xi. xii.  
 xiv. xv. Facit Galenus & tituli & multititudinis librorum  
 mentionem.

comment.  
 in i. lib.  
 Hipp. de  
 nat. hum.

Περὶ ἀτόμων, καὶ κίνης, De atomis, & inani. Ita citari solet hic liber; sed & Cleomedes videtur illum indicare sub nomine de rerum omnium principiis, εἰ τοῦ θελατικοῦ.

Περὶ φύσεως, De amore.

Ἐπιτομὴ τῶν φυσικῶν, Compendium eorum, que ad Physicos. Duplex autem fuit hæc Epitome, μεγάλη, καὶ μικρή, magna, & parva: Siquidem utraque citatur deinceps à Laertio, & parva quidem dicitur, quæ ad Herodotum scripta est.

Περὶ τῶν Μεγαρικῶν Διαλέκτων, Adversus Megaricos (seu appellatores Dialeticos) addubitationes. Videntur autem hæ Dubitaciones attigisse maximè argumenta quædam moralia, ut circa iustitiam, circa Connubia, &c. cùm hic præsertim liber videatur, quem interdum citant & Laertius, & Plutarchus τὰς Διαλέκτους, lib. i. adu. Col.

Κίεναι δέξαι, Rata sententie, vel, ut Cicero vertit, maximè ratæ: lib. 2. de fin. quia, inquit, gravissima sunt ad beatè vivendum breviter enunciatae Sententiae. Appellat allibi selectas, brevesq; Sententias: appellare lib. i. de nat. Sextus videtur λέγειν ἕνας: Dictiones memorabileis. Ipsas & Laertius lib. i. adu. ad calcem apposuit, & Lucianus alicubi perinde commen- phys. davit, ac Cicero Crantoris librum, qui est quidem, non magnus, in Pseudom. inquit, verum aureolus, & ut Tuberoni Panatus præcipit, ad verbum ediscendus libellus. Secùs nimirum sensit, quām Suidas, qui has lib. 4. Sententias appellavit στατικαὶ στελταὶ insignia.. Attid.

Περὶ αἱρέτων, de Electionibus. Ita vertendum potius duco, quām de Sectis: quod in hoc libro Epicurus prosequuntur non videatur Sectarum historiam, sed moralem institutionem, quæ circa delectum rerum occupetur, ut Laertius quoque indicat sub finem Epistolæ ad Meneceum. Ne memorem, quod idem docet, genus Ethicum totum esse αἱρέτων, καὶ φυτῶν, de pro- quæ. questione, seu electione, & fuga. Ex quo efficitur, ut citatum vulgo & consequenter librum.

Περὶ φυτῶν, de Plantis, censuerim potius inscribendum, περὶ φυτῶν, de Fugiendis; tum ob titulorum coherentiam: tum quia Epicurus penè totus in moribus argumenta specialia ex Physica vix attigit, nisi ea conducerent ad hominum animos à vanis

vanis terroribus eximendos, cuiusmodi illud de Plantis non fuit. Quin etiam quia in MSS. hic titulus cum superiore copulatur vocula *et*, conjecere licet inscriptionem fuisse *et apertus et fugax*, vel etiam sub uno solùm titulo *et apertus et fugax*, de electione & fugâ, quatenus fieri potuit inscriptio etiam numero multitudinis, ob id, quod postmodum habetur, *ex voluptate & dolore disjudicari et apertus et fugax, electiones & fugas, seu prosequitiones, & declinationes.* Nisi forte magis arrideat inscriptio *et apertus, et fugax, de eligendis & fugiendis.*

*Hoc est titulus, De fine. Ita hic liber citatur passim, & nominatim à lib. 2. adv. Plutarcho: nec verò alium Cicero videtur intelligere, et si liber Col. De finibus bonorum, & malorum citat.*

*Hoc est titulus, De Iudicio, seu Regula: vel, ut Cicero ipse dicitur, de Regula, & Iudicio. Porro, si pro iudicio judicatorium veritatis, vim nominis exprimes magis.*

*Xarpédonios, n. eti. t. 2, Charedemus, seu de Diis. Hic est unus ex iis libris, quos Epicurus inscripsit seu fratum, seu amicorum nominibus, ut ne illorum quidem mortuorum nomina ignorarentur: lib. de v. vi. quod observatum à Plutarcho est.*

*Hoc est titulus, n. Hygeoratæ, de Sanctitate, seu Hegetoranæ. Hic fortassis est, qui apud Plutarchum legitur Hegetoranæ, is scilicet de cuius morte ab Epicuro ad parentes scriptum infra notabimus.*

*lib. 3. & 9. Nisi forte velis esse illum, qui historias, & Troica apud Athenæum scripsit; quippe qui fuerit Alexandrinus, cum Epicurus etiam amicos ex Ægypto haberit.*

*Hoc est titulus, De vita et moribus. Perinde est, ac si inscriptio foret, de vita, & moribus. Neque enim Epicurus complexus his libris videatur insignium quorundam virorum historiam, ut à Plutarcho, & Laertio factum intelligimus, dum ipsorum libri de viis citantur (quod tamen viro eruditio, & amico placuit) sed rationes, quibus vitam degere tranquillam liceat; ut vel ex designatione librorum moralium, & locis etiam ab ipso Laertio citatis, aperè satis colligitur. Videlicet hoc loco s. ita accipiuntur, ut apud Plutarchum,*

ehum, dum dicit, διαφορῶν τῶν βίων, καὶ τῶν πολεμῶν, quod interpres  
præclarè vertit disserimen morum, publicorumque institutorum. Ex his  
libris citantur postea à Laertio primus, & secundus.

*Περὶ Δικαιοπραγίας, De iusta actione.*

*Νεοκλῆς, πρὸς Θεούς, Neocles ad Theoniam. Videtur iste Neocles  
non parens, sed frater fuisse Epicuri: sic enim & aliorum fra-  
trum inscripsit libris nomina.*

*Συμπόσιον, Convivium. Meminerunt hujus libri Plutarchus, A-  
thenaeus, & alii. Plutarchus porrò meminit quæstionum in eo qu. 1.  
agitatarum de calefactione vini, de tempore concubitus, & lib. 5. deip.  
Laertius de difficultatibus circa conjugium, &c.*

*Εὐρύλοχος πρὸς Μητρόδορον, Eurylochus ad Metrodorum. Crediderim  
facile hunc Eurylochum eundem esse ad quem Epicurus scripsisse Symp. qu. 3.  
jam dictus est sub nomine Eurdici; restamen incerta.*

*Περὶ Στοχαστικῶν, De ristone.*

*Περὶ τοῦ ἀλογοῦ ράβιας, de Angulo, qui est atomo.*

*Περὶ ἀφοῖς, de tactu, seu atomorum, opinor, tangibilitate.*

*Quippe & Inane appellat Epicurus ὄντας φίς, id quod tangi  
nequit.* apud  
*Laert.*

*Περὶ εἰμιτερής, De Fato.*

*Περὶ παῦσης τέχνης τηρογεντίου, De perturbationibus sententia, ad  
Timoeratem.*

*Περὶ γραμμῶν, Præcognitorium, sic enim liceat vertere: siquidem  
videtur hoc libro τεχνητοῦ διώδειου disputavisse.*

*Περὶ τελετῶν, Exhortatorius, intellige, Sermo. Sic enim, & Iso-  
crati, & Clementi expresè est τεργετικὸς λόγος.*

*Περὶ εἰδῶν, de simulacris, imaginibus, speciebus, formis, speculis; sic  
enim varii varie verterunt, & interpretati sunt, quas vulgo jam  
vocant intentionales species.*

*Περὶ φαντασιῶν, De Imaginatione, seu impressione ejus, quod ap-  
paret in facultate cognoscente. Neque enim seu Epicurus, seu  
plerique alii ex antiquis Philosophis intellexerunt hoc nomi-  
ne, ut jam ferè sit, ipsam facultatem.*

*Περὶ βεβηλῶν, Aristobulus. Et hic liber tertii Epicuri fratris nomen  
præse fert.*

lib. adv.

Col.

lib. adv.

Math.

lib. adv.

Gram.

*Περὶ Μουσῶν*, de Musica, quatenus nempe ad mores facit, ut colligi posse videtur ex Plutarcho, & Empirico.

*Περὶ ἀκαδημίας*, καὶ τὸν ἄλλον ἀγετά, de Instruca ceterisque virtutibus.

*Περὶ ἀλέσης, καὶ καζερῶς*, de donis, & gratia. Hujus meminit Empiricus, aliquid ex eo circa Grammaticam citans.

*Πολυμήδης*, Polymedes. Et hic videtur fuisse Epicuri familiaris, ac discipulus.

*Τιμοκράτης*, Timocrates, IIII, seu is fuerit Metrodori frater, seu testamenti curator, seu alias. Heinc credidisse à Laertio citari Timocratis (sive à Timocrate conscriptum) librum tertium; nisi *αὐτὸν Τιμοκράτην*, legendum suspicatus fuisse *Τιμοκράτην*, indicato, putat, libro tertio ab Epicuro ita inscripto. Inspectio textus argumentum facit.

*Μετρόδογες* ē, Metrodorus V. Hunc Metrodorum esse, de quo supra, non videtur posse ambigi. Ex citato porro apud Laertium Metrodoro primo, colligi videtur descriptam fuisse ab Epicuro vita Metrodori historiam.

*Αντιδόγες β'*, Antidorus II. Hujus Antidori meminit Plutarchus, ac fortè etiam Laertius in Heraclide, si nihilominus Antidorum pro lib. 5. Autodoro legeris.

adv. Col.

lib. 10.

lib. 2.

*Περὶ νόσων Νίκαιας, περὶ Μίθρεων*, de Austris sententiae, ad Mithren. Fortassis autem legendus potius hic titulus *Περὶ νόσων*, De morbus tum ob paries causas que dictæ sunt circa titulum *Περὶ θεοῦ*, tum quia δίξα illæ non tam videntur fuisse varia placita de speciali vento, quam morborum leniendam. Iam vero videtur hic Mithres Syrius ille fuisse, ad quem aliquando Metrodorus opem latus accurrit, uti Plutarchus non semel notavit, & quem Laertius Lysimacho fuisse domus procuratore in dicit, non modo in Epicuro, sed etiam in Theodoro, ubi narrat Mithren Theodoro dixisse: *Videris tu non modo Deos, sed etiam Reges non agnoscere*; Theodorum vero exceptisse: *Quomodo non agnoscam Deos, qui te Diogram hostem existimare possunt?*

*Κακούσιας, Γαλλιστόλας*, Et hic etiam Epicuri fuisse familiaris presumendus est.

Ἱππί Βανδεῖος, de Regno. Meminit istius Plutarchus.

lib. 2. adv.  
Col.  
lib. 14. in Pa.  
blis. lib. 2.

Ἀναξιμένης, Anaximenes. Fortassis hic fuit Lampsacenus ille, cuius Strabo meminir, & quem indicare videntur tum Plutarchus, tum Laertius ipse. Etsi enim is fuit unus ex Alexandri præceptoribus; & illi tamen supervixit (ut cuius gesta descripsérunt) & ex Suida discipulus fuit Diogenis Cynici, ac proinde illo junior; cum Diogenes tamen obierit Epicuro jam agente annum ætatis decimum octavum, initio nempe Olympiadis C X I V .

Ἐπιστολαι, Epistole. Exstant adhuc apud Laertium Epistolarum ejusmodi quatuor: una est ad Herodotum, (quam esse jam diximus minorem epitomen, hoc nomine etiam citatam ab Achille Tatio) de rebus naturalibus; altera ad Pythoclem de meteoris, in Phœn. seu sublimibus (hoc est tam cœlestibus, quam cœteris ad usque terram) rebus; tertia ad Menœceum de moribus; postrema brevis illa est, quam Epicurus moriens scripsit ad Idomeneum. Præter has autem, innumeras alias conscriptas fuisse ex Plutarcho, Laertio, & aliis colligimus. Plutarchus enim, exempli causâ, Epistolam ad Anaxarchum citat. Laertius epistolam ad Aristobulum; itemque Epistolam σεξ. τ. 18. c. Μινύλων φίλων ad amicos Mitylena degenteis. Et videtur quidem hæc eadem esse cum illa, quam Sextus Empiricus citat σεξ. τούς c. Μινύλων φίλων φρεσ; verum pluri- reis hac inscriptione agnoscit Laertius iis verbis: σεξ. περὶ τοὺς c. Μινύλων φίλων φρεσ; adeò ut aliqua ex illis potuerit esse supposititia. Potuit ex eodem censu esse epistola illa σεξ. ιπταμένων, de variis vita institutis, quam Laertius innuit, & Athenæus, ac Eusebius citant. Prætereo eumdem Athenæum facere mentionem Epistolarum ad Hermachum: & ne plureis conseceter, præclarissimæ omnium fuisse videntur scriptæ ad Idomeneum; quantum quidem ex Seneca intelligere possumus, qui præclarum etiam quid citat ex Epistolis, quas ad Polyænum scriptas dicit. In iis, quæ ad Idomeneum illa præter cœteras fuit, ex qua Michael Apostolius refert fragmentum continens originem illius Adagii, τοῦτο οὐ μόνον διάλικα. Hac eadem tibi & Pythia, & Delia: quod usurpatur adversus eos, qui moriturū brevi putantur;

tur ; utcumque Adagium citari ex Menandro Erasmus scribat.

Porrò circa Epistolas adnotari potest fuisse Epic. iis præmittere solitū ex vocibus salutatoriis, nunc  $\chi\alpha\mu\pi\tau$ , gaudere, nunc  $\delta\sigma\pi\tau$  nequiter bene agere ; nunc  $\delta\sigma\pi\tau\delta\tau\phi$  bene degere ; nunc  $\sigma\tau\pi\delta\tau\alpha\omega\zeta\pi$ , bene vivere ; nunc  $\chi\alpha\mu\pi\tau\phi$ , valere, sive sanum esse. Nam quod apud Laertium quidem in ejus vita legitur,  $\chi\alpha\mu\pi\tau$  cī  $\epsilon\pi\mu\tau\alpha\omega\zeta\pi$ , aut,  $\chi\alpha\mu\pi\tau$ ,  $\delta\sigma\pi\tau\delta\tau\phi$   $\chi\alpha\mu\pi\tau\delta\tau\alpha\omega\zeta\pi$ , mendi aliquid subesse videtur : deest quippe verbum phrasī nececessarium ; & tum vox  $\alpha\epsilon\pi\tau$  non videtur ad salutandi ritum spectare, tum voces illæ,  $\alpha\pi\pi\pi\pi$ , excludunt  $\pi\chi\alpha\mu\pi\tau$ , ab Epicureo salutandi moe: cùm ea vox & præmissa exstet superstitibus apud Laertium Epistolis, & Cicero eandem interpretatus fuisse videatur, cùm Epistolam retulit, quam moriens Epicurus scripsit. Heinc cùm pro duabus iis vocalis reposuisset olim,  $\alpha\pi\pi\pi\pi$  (ut minor nimis est immutatio, quam si vocem  $\pi\chi\alpha\mu\pi\tau$ , aut aliam similem substituisset) id probavit quidem eximus Puteanus, sed  $\alpha\epsilon\pi\tau$  vocem retinendam censuit. Præclarus autem Menagius, cùm verbum desideraretur, censuit quidem loco vocis  $\alpha\pi\pi\pi\pi$  reponendam vocem  $\iota\pi\mu\phi\pi\tau$  (alias simili occasione eidem Laertio usurpatam) verū retinendas contendit ipsas vocalas  $\alpha\pi\pi\pi\pi$ , quod Epicurus minimè usus ipsa voce  $\chi\alpha\mu\pi\tau$  videatur, ut quam fuisse Cleonis propriam memoretur tam à Luciano, quam ab ipso Laertio. An verò loco vocis  $\alpha\epsilon\pi\tau$ , reponi posset  $\alpha\pi\pi\pi\pi$ , aut etiam ad minimam omnium immutationem,  $\alpha\epsilon\pi\tau$ , ad significandum placuisse inter salutandum eas voces,  $\delta\sigma\pi\tau\delta\tau\phi$ ,  $\chi\alpha\mu\pi\tau\delta\tau\alpha\omega\zeta\pi$  ; An retineri possent voces  $\alpha\pi\pi\pi\pi$ , ad innuendum non vocem  $\chi\alpha\mu\pi\tau$  repudiatam penitus fuisse, sed ejus vice illas duas fuisse interdum usurpatas ; quasi nimis est vox  $\pi\chi\alpha\mu\pi\tau$  aliquando, aut desideratā, aut subintellectā ? Videtur profecto Lucianus id non obscurè suggerere, cùm referendo Epicurum impensè alioquin delectatum  $\pi\chi\alpha\mu\pi\tau$ , insinuat eum tamen interdum aliā, quam istā voce ; & in Epistolis quidem accurrioribus, gravioribus ve  $\sigma\tau\pi\delta\tau\alpha\omega\zeta\pi$  (quas quidem fuisse paucas ait) vel cum ad *amicissimos*  $\pi\mu\pi\pi\pi$  φιλάπτεσcriberet, fuisse præsertim,  $\alpha\pi\pi\pi\pi$ , ipsā  $\iota\pi\mu\phi\pi\tau$ , voce usum. Laerti-

lib. 10.

lib. 2. di fin.

lib. 3.

de lapsu in  
salut.

lib. 3.

loc. cit.

us verò cùm heic relinquat Epicuro vocem *ἰντριχαῖς*, censer debet pari jure vocem *χαιρεῖς* relinquere; quando attribuens ipsi alias vocem *ἴνδιαῖς*, tam facit Platonis proprium *ἴνδιον περὶ τρέσαν* quām ipsius Cleonis *ἴνχαλπεν*.

Atque haec series est librorum, quam Laertius contexit. Adverte verò cùm statim post vocem illam *ἰντριχαῖς* sequatur *μιαῖς ἀντρᾶς*, &c. quasi Laertius sit adscripturus unam ex illis epistolis, cùm tamen & adferat trēs, & se id statim factum recipiat; ea de causa non prorsū male censuisse Casaubonum reponendum *ἰντριχαῖς*, loco vocis *μιαῖς*. Addo autem vocem *ἀντρᾶς* non ad solas epistolas videri esse referendam, sed ad libros omnes recitatos, quorum Epitomen tres illae deinceps integræ afferendæ contineant.

Praeter hos potrō omnes libros, citari alios videas tam à Laertio, quām ab aliis. Quippe ipse Laertius citarat jam antea librum *Περὶ ἱερῶν*, de Rhetorica, seu arte oratoria, cuius etiam apud Scholia tenet Hermogenis habetur mentio. Quod citatur verò *De perspicuitate in oratione exigenda*, id spectat ad Canonicas in Dialecticas locum substituendam.

Citare etiam visus est *πρόγνωσία*, seu *Antecedentia*, seu *Principia* dicas, ut accipiunt Stoici. Profectò libros jam citatos intelligerem, si aliqui citati forent, in quibus id, quod memoratur, fuisset ab Epicuro scriptum.

Utrumque sit, citantur quoque postmodum *Στοιχίας δάσκαλος*, *Institutiones*, seu *Elementalia XII.*

Quin-etiam citari videntur *περὶ τῶν κόσμων*, *De Mundis XII.* Si quidem varios Mundos describens, egisse id dicitur εἰ τῇ φύσει τίττου, seu, ut MSS. habent, *περὶ ἀντρᾶς*, in *XII. de hoc ipso*, seu de hac materia: idque præsertim, cùm non appareat intelligi unum ex triginta septem, qui *μητρὸς φύσεως de Natura* constantissimè citantur.

Adderem *περὶ λίμνας φυσικὰ*, *Questiones Naturales*, itemque *Περὶ δόγματος*, *Placita Moralia*; nisi possent iis vocibus ea omnia intelligi, quæ Epicurus circa naturam, & mores enucleavit, aut edisseruit.

lib. 3. Tuse.

Ad-hæc vero à Cicerone citatur liber *De summo bono*: nisi quis forte eundem putet cum eo, quem de *Fine* inscriptum jam retulimus.

lib. 2. do-  
dram.

Citatur etiam ab eodem liber *de Voluptate*. Fortassis Laertius hunc significavit, cùm retulit quosdam objecisse Aristippi librum *de Voluptate* ab Epicuro usurpatum, tanquam proprium.

lib. 1. de nat.  
Deor.

Præterea citat Cicero librum *De pietate adversus Deos*, & distinctum quidem, ut videtur, ab eo, qui de *Sanctitate* ex Laertio citatus est; sic enim habet Cicero; *At etiam de Sanctitate, de pi-  
tate adversus Deos libros scripsit.*

Rursus Plutarchus indicat libros conscriptos *adversus Theo-  
phrastum*, περὶ Θεόφραστον, cùm εἰ διάτερη in secundo illorum contine-  
ti dicit *Disputationem de coloribus*. Verum de libris haec tenuis.

LIBER

LIBER SECUNDUS  
**D E M O R T E,**  
 ET SUCCESSIONE  
**E P I C U R I.**

---

CAPUT PRIMUM.

*Quod Testamentum fuerit ab Epicuro conditum.*

**C**UM Epicurus tum docendo, tum scribendo jam consenuisset, Testamentum sub vitæ finem, ut moris erat, condidit. Quoniam verò id integrum apud Laertium adhuc habemus, nihil necesse est corrogare, quæ ex eo à Cicerone, aliisque sparsim attinguntur. Illius capita hæc sunt.

I. Hæredum institutio. Διδομι,  
inquit, πέμπω τέ πάντα Αμυνομάχῳ Φιλοκρά-

τεις Βατήσι, καὶ Τιμοκράτῳ Δημητρίᾳ Πολέμῳ, πατέ τῷ εἰ τῷ Μητρόῳ ἐν αὐτοῖς οὐκέτι οὐδὲν. Dono mea omnia Amynomacho, Philocratii filio Batitha (scilicet ex oppido Bate in tribu Ᾱgeida, ut est apud Hesychium) & Tymocrati Demetrii filio, Petamio (ex oppido nempe Potamo in Leontide tribu, uti est apud Phavorinum) juxta eam, quæ in Metroon relata inter alia est, utrique factam donatio-<sup>in Lex.</sup> nem. Fuit enim Metroon magnæ Deæ templum Athenis, sub-  
euntibus primū ex portu occurrentis; in quo leges, iudicia, <sup>ib. 9.</sup> cœte-

in vob.  
Metr.

cæteraque acta adserabantur, ex Athenæo, Suida & aliis.

II. Scholæ, seu sectatorum studium. Kara tūde, ea conditione (supple bona omnia prædictis Amynomacho, & Timocrati trado) iφ' ὅπε τὸ μὲν πῦτον, καὶ τὰ περιττά ἀντὸν πανίστη Εὐμέχη. Καὶ μέρος Μεγαλητοῦ, ω̄ τοῖς συμφιλοτρόποις ἀντρ, καὶ οἱ οἱ αἱ Εὐμέχη καταληπτικῶδες τὸ φιλοσοφίας ἀνθετιζοῦνται φιλοσοφίαις, καὶ εἰς δὲ τοὺς φιλοτρόπους δέποτε οὐδὲν. Ut horeum, & ipsi adjuncta Hermachus Agemarchi filio Mityleneo, iñsg, qui cum illo simul philosophabuntur, & quibus ipse Hermachus reliquerit Philosophia successoribus, ac iis etiam perpetuo, qui ex nobis profecti, philosophaturi sunt, ut commorari illeic possint inter philosophandum, præbeant. Et postea: τὴν δὲ σκιάν τὴν τοῦ Μελίτη προσχέταντα Αὔωνιμον, καὶ Τιμοκρήτην τοικαν Εὐμέχη, τὸ τοὺς μετ' αὐτῷ φιλοτρόπους, τοὺς δὲ Εὐμέχης. Domum etiam, qua in Melite (de hac est jam superioris dictum) Hermachus iñsg, qui cum eo philosophabuntur, quandiu Hermachus vixerit, Amynomachus, & Timocrates inhabitandam tradunto. Deinde: ποιῶσι δὲ μετ' αὐτῷ Εὐμέχην τὸν προσόδων, οὐαὶ μετὰ Συγκαταγγελούσκεται οὐαὶ εἰς φιλοτρόποις, καὶ καταλελεμένοις οὐαὶ τοὺς συμφιλοτρόπους οὐαὶ, ἐντρέπεται. Hermachum verò redituum Dominum secum habento; ut cum eo, qui nobiscum in Philosophia consenuit, quicq; illorum, qui nobiscum sunt philosophati, dux relictus est, singula gerantur. Et paulò post, Δευτεροὶ τὸ βιβλίον πεντάρχονται πατέρα Εὐμέχη. Libros vero, qui mihi sunt, omnes dare (supple jubeo) Hermacho. Deniq; postquam hæc præmisit: Επιμελεῖθεν δὲ καὶ Νικόνος, καθάπερ οὐ οὐδεῖς, Nicanoris curam sicuti & nos, suscipiunto, subjicit, οὐ δοῦτο οὐ συμφιλοτρόπων οὐαὶ εἰς τοῖς ιδίοις παρερχομένοις, καὶ τοὺς πασας οὐκείπεται σοδεδεγμένοις, συγκαταγγελούσκειν μετ' οὐδαὶ πεποίησται τοὺς φιλοτρόποις, τοδεὶς δὲ αὐταῖς οὐαὶ καταλελεμένοις καθετῆκονται τοὺς οὐαὶ γενναῖς διώσασιν. Ut quæque ex iis, qui nobiscum philosophati, proprietarum rerum usum præbuerunt, & omnimodam familiaritatem declarantes, constituerunt in Philosophia nobiscum consenserere, nulla rerum necessariarum, quantum in nostra situm est facultate, indigeant.

III. Pupillorum ab amicis relictorum providentia. Επιμελεῖθεν δὲ καὶ Αμινόμαχος, καὶ Τιμοκρήτης, τὸν δὲ Μητροδότην Επικέρας, καὶ τὸν τὸν Πολυσίνον, φιλοτρόπους ἀντάν, καὶ συζύγων τὸν μετ' Εὐμέχης, οὐαὶ τοῖς θυρατοῖς τῆς Μητροδότης τοὺς οπιμελεῖους πατέρων. Καὶ εἰς ηλικίαν ἐλθόσιαν σπέδεται οὐδὲ Εὐμέχης ἔλεγε τοὺς φιλοτρόπους μετ' αὐτῇ, οὓς οὐτῆς διέκειται, καὶ πειθαρχεῖσθαι Εὐμέχη. Διέδοτον δὲ

IV. *Celebritatum, in sui, suorumq; memoriam, instituto.* Εἴη  
τὰς γυναικάς περισσόδειν ἀπό τοῦ διερθράν αὐτήν την Αμυνομάχην, καὶ τημορεύτην, καὶ  
επί δικαιοσύνης μεγάλωσαν μιθ' Εὐεργέχης συγπατέρων) connectendat ista esse  
cum sequentibus, vel ex Cicerone colligere licet) οἵτινες πάντα σύναγονται lib. 2. de fin.  
εγκατέτηνται τοις, τοῖς τῇ μητρὶ, καὶ τοῖς εἰς διελέφοις, καὶ ηὔτε τοῖς εἰς θεοφράστους ἄγονδος  
γένεσιν οὐ μεγάλοις, επαντοτέροις, τῷ ποτοφέρῳ Δικέτῃ Φαρμηλίῳ<sup>Θ</sup>, ἀσκεῖται εἰς τὸν  
γένεσιν των οὐρανοῦ ἵνα τε μηνὸς τοῦτον εἰποτεῖται ευμετιλοσφούστων ηὔτε, εἰς τὸν ἡ-  
μένον. Εἰ Μητρούς εἰς οὐρανούς κατεπιβαθύτων, συντελεῖτωσαν ἢ καὶ τὸν Φαρμηλίον  
εἰς τούτην τὴν Φαρμηλίον<sup>Θ</sup>, ηὔτε πάρκανην, συντελεῖτωσαν δὲ καὶ τὸν Φόρον  
τε Μεγάρην<sup>Θ</sup>: Ex redditibus bonorum, quae Amynomacho,  
& Timocrati donata à nobis sunt, quantum licuerit, seponun-  
to (id prospicentes cum Hermachō) ad parentandum nostris,  
& patri, & matri, & fratribus, ac etiam nebīs, pro consueto ce-  
lebrari natali die in decade prima mensis Gamelionis cuiuslibet anni, atq;  
ad eadē ad conventum (Epularem, ex Cicerone) eorum quā nobis sum sunt loc. citi.  
ph-

philosophati, cuiusque mensis vigesimā (seu, ut Cicero loquitur, omnibus mensibus vicefimo die Lunæ) ad nostri simul, ac Metrodori institutum memoriam. Fratrum verd diem mense Posidone (qui ex parte nostro Decembri respondet) ut & nos fecimus, augunto; & Polyceni etiam diem Metagitnione mense (qui in Augustum cadit) celebranto.

V. Servorum manūmissio. Αρίνια ἢ τὸ παιδίον ἀλλοθέρεος Μυῖα, Νικία, Λύκεια. αφίνεται καὶ Φαίδρης ἀλλοθέρεος. Ex servis manū-mitto Murem, Niciam, Lyconem; Dimitto etiam Phadrium liberam.

VI. Denique generalis omnium, sed scholæ præsertim demandata cura. Οὐπός ἀσωθῆται σώσασι, Αμυνατεῖσθαι, καὶ Τιμοχρήτεισθαι ὅτι διωτάτοι, τὸν εἰ τὰ κίτη διατριβῶν, αὐθεκτοποιεῖσθαι, τοῖς τε αὐτῶν ελεγχόμοις, εἰ δὲ ἀτεργάτῳ, αὐθεκτοποιεῖσθαι, οὐπός ἀσχέτεισθαι διατροφεῖ τὴν πτον, καὶ διπέρη καὶ ἄντοι, οὗτοι εἰ διπόνημα φιλοσοφίας τοῦδε διδόνοσι. Depositi jure committo Amynomacho, & Timocrati, ut quantum fieri poterit, conservent scholam, que in horto est. Itēmque eorum heredibus, eo modo, quo maximè ratum sit, ut ipsi quoque hortum servent. Quā etiam curā tenebuntur ᾧ, quibus successores nostri Philosophi commiserint. Et postremό, Καὶ τὸ λοιπὸν ἀπόντων, ἀσωτεράχαρθρον, ἐπιμελεῖσθαι σαν, οὐπός δὴ κατέστησεν εἰσερχόμενοι ἵσταται γίγνεσθαι. Cetera quoque omnia, prout à nobis constituta sunt, quo peraganit singula, quatenus licebit, curant.

## C A P U T II:

## Quæ fuerint illius extrema.

**D**E morbo extremo, ac morte consequuta ut jam dicamus, sciendum est Epicurum fuisse constitutionis haud multum firmæ. Id innuit vel titulus libri à Metrodoro conscripti, *περὶ Εἰπικοῦ αἵρεσις, de Epicuri infirmitate, seu adversa valetudine.* Innuit & invidiosa illa exaggeratio Suidæ, quod neque injectionem vestium Epicurus ferret, neque facile ē lecto descenderet, & neque Solem, neque ignem contueri posset, & similia. Nempe

apud  
Laert. lib.  
10.  
in Leth.

pe ut ista aliud non suadeant, saltem insinuare possunt Epicurum fuisse habitus, seu complexionis non robustae. Porrò, ut in vitæ decursu sanitate usus constante non fuerat, sic gravi tandem morbo interiit, calculo videlicet; quo etiam probabile est eumdem saepius vexatum fuisse. Recitat ecce Laertius ex Hermacho in Epistolis, ut lapide urinam cohibente diem clauserit, cum quatuordecim diebus agrotasset. Memorabile verò est, quod jam morti proximus, id est loco, scripsit illam Epistolam, quam ad Idomeneum scriptam memorat Laertius, ad Hermachum Cicero. Fortè scripta est ad utrumque, propter omnes: vel ad Idomeneum potius, quam ad Hermachum, quod Metrodori liberi satis fuisse Hermacho ex testamento commendati. Ade Hermachum, successorem proximum, non videri fuisse absentem, cum etiam Epicuri mortem literis missis descripserit; ut taceam illum ad Rhetoricam potius, quam ad Philosophiam sece comparasse, ut ex Laertio perspicuum est. Sed utcumque sit, Epistolam ecce. Τὸν μάργειαν ἀγαπεῖς, καὶ τὴν πλα-  
τύνην, ἵπαγεντος βίον, ὑπέρφροδην τοῦ πατρὸς. Σπουδαῖα τὰ παραπλεόνα, καὶ  
δυνατεσκοπή πάτην, ὑπερβολὴ σὺν διπλεῖσθαι τῷ εἰς εἰναυτὸς μετέθεσι. Αἰππα-  
ρετεῖστο δὲ πάσι τοῖσι ἐργα τούχων καὶ εργῶν, ἐπὶ τῇ τάπεινην δια-  
λογισμῷ μάνεψεν. Σὺ δὲ αἴτιος τῷ τοι μερογράφῳ Δημόσιος τοῦτος εἶμεν, καὶ φίλος οὐφί-  
αν, ἴπτελεν πᾶν πάσιν Μητροδότην. Possimus verba verbis reddere;  
cum Epistolam tamen integrum Cicero ipse verterit, aliis,  
quam ipsius verbis interpretari pigeat. Ille ergo sic: Cūm age-  
reimus vita beatum, & cundem supremum diem, scribebanus hoc.  
Tanti autem morbi aderant vesicae, & viscerum, ut nihil ad eorum ma-  
gnitudinem posset accedere. Compensabatur tamen cum his omnibus  
animi latitia, quam capiebam memoriam rationum, inventoriumq[ue] nostro-  
rum. Sed tu, ut dignum est tuā ergo me, & erga Philosophiam voluntate  
ab adolescentia suscepisti, fac ut Metrodori tueare liberos. Addit Laer-  
tius ex Hermippo, Epicurum sese in balneum calidā aquā plen-  
num demississe; cumque poposcisset merum, id hausisse; & dum  
commendaret amicis, ut dogmatum suorum forent memores,  
haec inter verba defecisse: Subjicit continuò Laertius hoc ex se-  
ipso Terrastrichon:

Καιρέσθ, καὶ μεμνάσθαι δύναται, τέττα Επίκουρο  
Τοιούτου τούτου φίλοις οἱ τοι λατρεύομέν.

Θερμὸς εἰς πόλεων γοῦ ιστήσαθε, καὶ τὸ σύγχρονο  
Επικάρα, εἰ τὸ Αἴγαλον φυκεῖ, ἐποπέσσετο.

Extremum hoc moriens Epicurus dixit amicis:  
Salvete, & placitis invigilate meis.

Quippe init pelvim calidam, rīnoque subhausto  
Plutonis gelidas protinus haufit aquas.

## C A P U T III.

*Quo tempore obierit.*

lib. ro:

lib. I. A.  
from.

lib. de fato.

**F**uebat porro, quo tempore Epicurus interiit, cxxvii. lib. ro:  
Olympiadis annus II. Archonte Pytharato. Siquidem post Διονεοῦ τὸν, quod ex Apollodori Chronicis retulit Laertius, benè legit Casaubonus <sup>διαγράφει τὸν διάρρηστον, καὶ ἀναγράφει τὸν ὀλυμπιακὸν</sup>, quis capiat Epicurum natum Olympiade cix. mori potuisse cvii. Et verò cxxvii. est, in quam annus Epicuri Ixxii. quo obiisse dicitur, cadit. Jam & mensem, & diem anni, quo Epicurus è vivis excescit, indicat Clemens Alexandrinus. Memorat enim Antilochum ab ætate Pythagoræ ad mortem usque Epicuri, numerantem annos cccxi. adjacentemque hujusmodi mortem contigisse mensis Gamelionis die decimā. Quo loco nota, si Pythagoræ ætatem numeraveris ab Olympiade LX. quā ille floruisse apud Laertium dicitur, non reperiri plureis annos ad mortem usque Epicuri, quam ccxxx; ac proinde calculo Antilochi deesse annos XLII. Quocirca ηλικία illam, seu ætatem accipendam esse à nato usque Pythagora, qui anno deinde ætatis circiter XL. florere occuperit. Cū Epicurus porro dicatur à prædicto Apollodoro vixisse annos LXXII. quod confirmat etiam Cicero, dum, semper, inquit, verum fuit, morietur Epicurus cum duos, & septuaginta annos vixerit, Archonte Pytharato; (& ex quo nonnulli conjiciunt Epicuri mortem in annum climacterium

ticum, qui novennario mensuretur) non est tamen annus extre-  
mus, seu **LXXII.** ut completus accipiendus. Siquidem il-  
lum Epicurus solummodo attigerat, ut puta tribus adjectis  
diebus ad **LXXI.** cum fuerit natus **VII<sup>a</sup>.** mortuus **X<sup>a</sup>.** mensis Ga-  
meliacis (interpositis ab ortu ad interitum Olympiadibus,  
seu retræteridibus completis **XVIII.** uno anno minùs.) Quam-  
obrem, perinde hoc est, ac dum Plinius, Lucianus, Censorinus <sup>lib. 7. cap. 48.</sup>  
Siculum, Seu Leontinum Gorgiam vixisse dicunt annos **CVIII.** <sup>in Macro-</sup>  
cum illum tamen Cicero, & Valerius Maximus complesse tan-  
tum dicant **CVI<sup>a</sup>.** Notanda verò heic comparatio, quām Plu-  
tarchus instituit Epicurum inter, & Gorgiam. Postquam e-  
nim scripsit Alexidem Comicum (scilicet Menandri filium, & <sup>lib. 8. cap.</sup>  
Stephani Comici patrem, ut refertur à Suida) vixisse duplum <sup>1.3.</sup>  
vitæ Metrodori, hoc est annos **CVI.** cum Metrodorus, ex Laer-  
tio **LIII.** vixerit; subjicit Gorgiam Sophistam vixisse <sup>in Lex.</sup> <sup>in Cat.</sup>  
<sup>in trit. amplius triente,</sup> amplius triente, seu proportione sesqui·tertia, quām E-  
picurum. Id nempe, quia si accipiamus numerum **XXXVI.**  
is ipse erit, quem duplicatum Epicurus vixerit, triplicatum  
Gorgias. Quod Plutarchus verò dixit, *amplius*, respexit forte  
ad opinionem, quam deinde sequuti sunt Quintilianus, & Sui-  
das, quod videlicet Gorgias vixerit annos **CIX.** Non video por-  
rò quorū Interpres Clementis Alexandrini pro Gamelione <sup>lib. 3. cap. 12.</sup>  
verterit *Ottobri.* Etsi enim sit aliquā circa ordinem mensium  
Græcorum controversia; neminem tamen reperias, qui Ga-  
melionem non faciat sextum, septimum, vel octavum ab Heca-  
tombæone, qui cum altiùs, quām à Junio non possit incipere,  
profecto semper Gamelion longè aberit ab Octobri. Cum  
itaquè multis argumentis Gamelion fuisse convincatur ab He-  
catombæone septimus, ille ad Januariū potius videtur fuisse  
referendus. Quia verò annus ille secundus Olympiadis  
**CXXVII.** cœpit ab æstate anni periodi Julianæ **MMMM, cccc,**  
**XLIIV.** debuit Gamelion ejusdem anni incidere in Ianuariū  
anni incipientis periodi Julianæ **MMMM, cccc, XLIV.** In quem  
autem diem Januarii dies decima Gamelionis incidere potue-  
rit, determinatu facile non est. Si liceat tamen Gamelionem

inchoare (ut tempore nativitatis factum observavimus) à decima quarta Luna, seu à plenilunio, quod septimo loco post solstitium æstivum contigerat; cùm novilunium celebratum fuisse die Decembris xxx. ac proinde Luna decima quarta numerata fuisse die Januarii xii. idcirco ubi istum primum Gamelionis fecerimus, decimus ejus incidet in Januarii xxi. Tali igitur die debuit mors Epicuri contingere. Ex quo notandum ulterius est, cùm Epicurus dicitur attigisse annum lxxxii. debere illud de Græcorum anno, non de Juliano accipi; sic enim duo deessent dies, cùm die Januarii xxiiii. natum fuisse probatum sit. Nunc facile est Epicuri mortem ad ea referre tempora, quæ jam nobis in usu sunt. Siquidem ubi x. dies detraxerimus, & pro Solari cyclo illius anni (scilicet xx.) ac littera D in veteri stylo, nostrum G reposuerimus, perspicuum evaderet Epicurum mortuum die Januarii xxxi. existente feria quarta, seu die Mercurii, ante Christi æram cclxx, ac proinde ante hujus à Christo anni Ianuarium exeuntem M, DCCC, I II.

## C A P U T . I V.

*Quam cara Sectatoribus ejus memoria fuerit.*

lib. x. 1.

lib. 35.  
cap. 2.lib. 7.  
Rivier.

**S**uperest cognoscamus paucis ut Epicuri mortui memoriam Sectatores coluerint. Nam missum quidem imprimis facio, quòd patria illum statuis æreis honoraverit, χαλκοῖς εἰργατοι, ut Laertius loquitur. Adnoto verò statas dies, ac testamento cautas cæremonias fuisse à Sectatoribus studiofissimè observatas. Post enim cccl. annos scribens hac de te Plinius, Natali ejus, inquit, xx<sup>a</sup>. Luna sacrificant, feriasque omni mense custodiunt; quas Ieadas vocant. Ex hoc intelligere licet Epicureos à Græcis authotribus (ut ab Athenæo) singulatim dici, quòd singulatim observitarent, ut Rhodiginus quoque animadvertisit. Tametsi non desint, qui putent Ieadas dictos, quod à singulatim nomine non mo-

do

dō vicesima seu dies, seu Luna significetur, verum etiam effigies,  
 seu imago, *ix̄y*, Epicuri, qua eorum nullus destituebatur. Por-  
 rò de hilice imaginibus audiendus etiam Plinius est: *Vultus, in-*  
*quit, Epicuri per cubicula gestant, ac circumferunt secum.* Cicero *loc. cit.*  
 autem sub persona Attici: *Nec tamen, inquit, Epicuri licet obliuisci, fin.*  
*si cupiam, cujus imaginem non modo in tabulis nostri familiares, sed eti-*  
*am in poculis, & annulis habent.* Sunt qui addant, *aliquibus magna Alex. ab*  
*cure fuisse Epicuri imagines non annulis modo, sed & poculis habere, ar-*  
*bitrantibus hoc genti, & nomini suo fauisci esse omnis.* Ad hæc, ut af- *Alex.*  
*fectum erga ipsum verbis expressum habcas, audi Patronem il-*  
*lum loquentem circa Melitensium Parietinatum negotium:*  
*Honorem, inquit Cicero, officium, testamentorum jus, Epicuri autho-* *l. 13. fam.*  
*ritatem, Phædri obtestationem, sedem, domicilium, vestigia summorum ep. 1.*  
*virorum sibi tuenda esse dicit.* Maximè verò ipsum Torquatum: *lib. 1. de fin.*  
*Nonne ei maximam gratiam habere debemus, inquit, qui exaudita qua-*  
*si voce naturæ, sic eam firmè, graviterque comprehendevit, ut omnis be-*  
*nè sanos in viam placata, tranquilla, quieta, beatæ vita deduceret?* Et  
 rursus: *Quem ego, inquit, arbitror unum vidisse verum, maximisque ibid.*  
*erroribus hominum animos liberarisse, & omnia tradidisse, que pertine-*  
*rent ad benè, beatèque vivendum.* Heinc quia Epicurus suos mo-  
 riens admonuerat, ut placitorum suorum meminissent, docet  
 Cicero, cùm omnes ad verbum edilcerent ratas Epicuri senten- *ibid. 2. de fin.*  
 tias, fuisse etiam, qui dogmata *omnia memoria tenerent, ac*  
 imprimis Scyronem illum, de quo in Academicis. Verū sufficiat heic pauca ex Lucretio artexere, ut uberior intelligas, *ibid. 4.*  
 quanto affectu & doctorem, & dogmata prosequerentur. Sic  
 igitur ille tertium librum inchoat:

*E tenebris tantis tam clarum extollere lumen*

*Qui primus potuisti, inlustrans comoda vite,*

*Te sequor, o Grae gentis deus, inque tuis nunc*

*Fixa pedum pono pressis vestigia signis:*

*Non ita certandi cupidus, quam propter amore,*

*Quod te imitari aveo. Quid enim contendat hirundo*

*Cygnis? aut quidnam tremulis facere artibus hædi*

*Consimile in cursu possint, ac fortis equi vis?*

*busti*

*Tu pater es rerum inventor ; tu patria nobis  
Suppeditas præcepta, tuisq; ex, include, chartis,  
Floriferis ut apes in saltibus omnia libant,  
Omnia nos itidem depascimur aurea dicta,  
Aurea, perpetuâ semper dignissima vitâ.*

Et statim :

*His tibi me rebus quedam divina voluptas  
Perecipit, atq; horror, quod sic natura tuâ vi  
Tam manifesta patet ex omni parte reiecta.*

Ac posteâ :

*Ipse Epicurus obit decurso lumine vite,  
Qui genus humanum ingenio superavit, & omnis  
Præstinxit, stellas exortus uti etherius Sol.*

### C A P U T V.

*Quantâ constantiâ, confessioneque Scholæ ipsius succes-  
sio viguerit.*

**D**ignum verò quoque memoratu est tum Scholæ ipsius suc-  
cessionem fuisse constantem admodum ; tum successores,  
sectatoresque ita perpetuò confessisse, ut videri res admirationis  
dignissima possit. Et quod attinet quidem ad constantiam,  
notum est præsides hortorum, seu præfectos Scholæ, ab ipsa  
morte Epicuri ad tempora usque Iulii, & Augusti Cæsarum  
continuâ serie sibi succedenteis memorari à Suida extitisse qua-  
tuordecim ; idque per annos cxxxvii. Illis verò temporibus,  
quam-multi essent Epicurei etiam viri summi, & in Republica  
Principes, vel ex unius Ciceronis monumentis posteâ dicetur.  
Deinde Lucianus scribit temporibus suis stipendia Epicureis,  
haud

haud secūs quām aliis professoribus, ab Imperatore fuisse constituta; adjiciens illorum aliquo dēmortuo, probatissimum quemque in locum ipsius fuisse solitum subrogari. At Laertius *lib. 10.* post Lucianum scribens declarat quemadmodum cæteris Philosophorum successionibus propè deficientibus, Epicuri successio continenter perseveraret, præfecturasque discipulorum, alias aliis succedenteis innumerās efficeret. Addit Numenius *lib. 14.* apud Eusebium, ejusmodi successionem ad sua usque tempora *prep.* sic perseverasse, ac etiam-nūm persistere, ut in posterū erit am perduratura videretur. Hinc sequutus Laertius, *Epicu-* *lib. 3. cap. 17.* *ri,* inquit, *Disciplina multo celebrior semper fuit.* Uno verbo, *4. Adad.* quandiu literæ in Græcia floruerunt, & Roma ipsa à Barbarorum devastatione immunis fuit, Epicuri Schola, atque disciplina non incelebris constituit.

Circa Confessionem, prætero illud Ciceronis, *Sustinuero* *4. Acad.* Epicureos tot meos familiareis tam bonos, tam inter se amanteis viros, cæteraque loca similia. Illud potius adnoto; cùm cæteræ Sectæ ab ipsis usque initiis disceptæ semper intellinis dissidiis fuerint, Epicuream longè abfuisse, ut tale quidpiam pateretur. Sribit enim Themistius *ea, que* Epicuro placuerunt, ut quasdam *orat. 4.* Solonis, at Lycurgi leges ab Epicureis omnibus servari. Et quasi omnes unus, idemque animaret spiritus, *Apud istos,* inquit Sene- *epist. 33.* ca, quicquid dicit Hermachus, quicquid Metrodorus, *ad unum* refertur. Omnia, *que* quisquam in illo contubernio loquutus est, unius ductu, & auspiciis dicta sunt. Inde est & illud ejusdem, cùm proposita *epist. 14.* hac sententia, *Is maximè divitijs fruiuit, qui minimè divitijs indiget,* & quasi iussus à Lucilio authorem ejus edere, ut scias, inquit, quām benigni simus, propositum est aliena laudare. Epicuri est, aut Metrodori, aut alicujus ex illa officina. Verūm res fiet adhuc illustrior, si Numenii Pythagorici locum, qui est apud Eusebium, isthuc traduxerimus. Ille enim postquām doluit, quod *lib. 14.* Platonis successores confessionem non defendissent, propter quam Pythagorei in pretio forent, subjicit. *Hoc vero modo Epicurei* (*immerentes licet*) *instituti, nullā omnino in re dissidere ab Epicuro visi sunt;* professique eadem cum Sapiente suo placita habere, non injuriā suam

suum attigere scopum. Ex eo deinceps Epicureis longo jam tempore evēnit, ut neque sibi in vicem, neque Epicuro ulla in re contradixerint, que digna quidem sit memorata. Quin apud ipsos delictum est, vel impietas potius, & damnandum placulum, si quidpiam fuerit innovatum: Quare id nemo audeat. Hinc propter constantem illorum inter se consonantiam, dogmata placidissimè, pacatissimèque se habent, hæcque Epicuri institutio Reipublicæ cuiquam veræ, Germanaque persimilis est, quam nempe à seditione remotissimam una mens communis, unāque moderatur sententia. Ex quo nec defuerunt, nec desunt, neque, ut appareat, defuturi sunt, qui pertubenter illam sequantur. At Stoicos inter factiones, &c. Posset quispiam existimare nihil isti loco deesse, nisi ut de Epicureis omnibus illud diceretur, quod de duobus dictum à Valerio supra vidimus, ut scilicet quis tam Societatem cœlestis concordiae sinu genitam, nutritam, ac finitam putet.

lib. 1. cap. 8.

## C A P U T V I.

Qui Successores, Sectatoresque Epicuri commemo-  
rentur.

lib. 14.

lib. 10.

lib. 2. adv.  
Log.

**N**UNC, cùm videatur Catalogus illorum esse subtexendus, qui Epicuro mortuo in illius Sexta claruerunt: Notum est quidem ex antè dictis, successisse Epicuro Hermachum, & Hermacho Polystratum, constatque ex Laertio successisse Polystrato Dionysium, & Dionysio Basilidem: at qui fuerint illi decem successores à Basilide ad eum usque, qui temporibus Augusti scholam tenuit, non est nobis dicere promptum. Fortassis tamen Basilidi succedit Protarchus Bargyleites, ille scilicet, qui Straboni Illustris vir dicitur. Docet verò idem Strabo Protarchi discipulum extitisse Demetrium cognomento Laconem, cuius Laertius etiam meminit, & quem Sextus Empiricus dicit inter Sectatores Epicuri suisse insignem. Fortè huic successisset Diogenes Tarsensis Selectarum Scholarum auctor, quarum Laertius in Epicuro ad viginti usque libros citat: ci-  
tat

tat: citat verò etiam dogmatum moralium ejusdem Epitomen. Memorat præterea Laertius (incertum tamen an ad series successorum pertineant) duos Ptolemæos Alexandrinos, ex quibus seu color, seu aliud diversitatem fecerit, unus Niger dictus fuit, alter verò Albus. Memorat etiam Orionem. Memorare etiam videtur Democritum quendam, qui intellectæ Epicuro voluptatis meminerit in Timocrate.

Sequuntur præter ordinem duo, quos videre licet apud Athenæum. Unus est Diogenes ex Seleucia Babyloniae vicina, *lib. 13.* quem ille facundum quidem inter differendum describit; sed cætera male moratum, ut referendem inferiùs est. Alius est Lysias, quem idem scribit apud Tarsum imperasse, & electum à Patria Stephanophorum, Herculis nempe Sacerdotem, principatum cum regiis ornamentis retinuisse. Hic est, qui divitum fortunas in pauperes distribuens, multos etiam ex iis occidit, qui dare abnuerent. Quo tempore is vixerit, definire non possumus; Diogenes ille cùm fuerit Alexandri Syriae Regis, & Antiochii illius successoris temporibus, referri potest ad Olympiadem circiter *clv.* Videtur per hæc tempora floruisse Eucratidas ille, de quo apud Janum Gruterum in inscriptionibus hæc leguntur: *Brundusii pro foribus adiun Diomedis Athenæi medici, in basi, ΕΥΚΡΑΤΙΔΑΣ Πεισιδαῖος Ρόδιος φίλος Σοφος Επικράτειος την πόλιν της Βρετανίαν θεάσθαι εἰς τὴν την Φίλων Κονφουκίου.* *Eucratidas Peisidami F. Rhodius, Philosopher Epicureus L.P.D.D.D.*

At non longè post ea tempora floruisse videtur in schola Apollodorus ille, quem Laertius & illustrem dicit, & *αὐγητοπανος*, ut opinor, vocat, quod sic in hortis regnaverit, ut in judiciis regnasse Demosthenes dictus est. Hic supra libros trecentos scripsit, ac nominatim Epicuri vitam aliquot libris complexus est: Laertius enim *αει τῇ Επικράτειοι* primum citat. Suspicetur quispiam eumdem esse, cuius & Laertius, & alii Chronica citant. Apollodori auditor fuit Zeno Sidonius, ex Laertio, qui addit ipsi multa scripsisse. Memorat etiam alicubi eumdem fuisse sententiā, & eloquitione clarū; ex quo sit, ut hunc esse putem, quē Zenonem Cicero scribit dixisse distinctè, graviter, ornatè, adjiciens *lib. 1. de nati-* dictum *Coryphæum*, & Principem Epicureorum. Nisi forte sit; *Deor.*

tam ipse, quam Apollodorus superiorum sunt temporum; Siis autem sit, tum pertinet ad tempora Imperatorum, quando Cicero & ipsum audivit, & de eodem ad Atticum scribens: *Zenonem, inquit, tam diligo quam tu.*

*ibid.  
lib. 5. epist.  
II.*

Aliquantò verius, sed Romæ, fuit T. Lucretius Carus (obiit enim juxta Eusebium Olympiade CLXXI. cùm ageret annum ætatis quadragesimum tertium) Poeta nempe ille insignis, cuius lex libri de rerum natura hactenus superstites uberiorem, quam alias usquam, Epicureæ Philosophiae explicationem continent, & qui videretur præfertim hoc loco esse celebrandus, nisi quotquot magni viri scripta ejus attigerunt, maximopere ipsum commendassent. Dictus nimirūm illis est *vix multæ artis, præstans elegantiam, doctus, magnus, & alia. Hinc cùm elogio nostro non egeat, sufficiat heic apponere egregium de scriptis illius, Ovidii vaticinium:*

*Carmina sublimis tunc sunt peritura Lucreti,*

*Exitio terras cùm dabit una dies.*

Minimè porrò videtur dubium, quin mendum apud Varonem subsit, ac sit pro *Lucretio* legendum *Lucilius*, aut quid simile, dum *Lucretius*, inquit, suorum unius, & viginti librorum initium fecit hoc,

*Aetheris, & terra genitabile querere tempus:*

Nimirūm neque hoc librorum Lucretianorum initium est; neque dici potest quid Lucretius in quindecim libris desideratis edisseruisse; neque (quod mirum) cùm Grammatici veteres, aliique authores memoratos sex libros citent, ullus tamen unquam citavit aliquam ex iis quindecim.

Vetustior adhuc Romæ fuerat Pompilius Andronicus natione Syrus, quem Suetonius inter illustres recenset Grammaticos, qui opusculum annualium Elenchorum sedecim millibus nummum pressus in opia vendidit. Ne memorem vero Aurelium Opilium Epicurei cuiusdam libertum, qui Philosophiam primo, deinde Rhetoricam, novissimè Grammaticam docuit, ex eodem Suetonio; placet potius eos memorare, quos Cicero refert ut contemporaneos, & maxima parte etiam familiareis.

*ib. de Ill.  
Gram.*

*teid.*

*Ex*

Ex illorum numero sunt T. Pomponius Atticus, quem Cicero colloquutorem in libris de legibus facit; cui dicat librum de Senectute; ad quem scripta sedecim supersunt Epistolarum volumina. De praeclaro hujus ingenio, virtuteque eximiâ nihil est, quod heic adjiciamus; cum praeter ea, quæ colligere ex Ciceronis operibus licet, vita ipsius egregia per Cornelium Nepotem scripta teratur omnium manibus.

L. Torquatus, ex nobili, & antiqua illa Torquatorum familia; & alius tamen ab eo, qui cum Cn. Octavio Consul fuerat; *lib. 1. de fin.* quem Cicero colloquutorem in libris de Finibus facit, appellans ipsum hominem omni doctrinâ eruditum. Hic obierat, cùm Cicero hujusmodi opus conscripsit, ut testatum ex iis habemus, quæ sunt scripta ad Atticum. Videtur verò & idem esse, *lib. 13. ep. 19.* adversus quem accusatorem pro P. Sylla oratio est.

C. Velleius Senator, quem colloquutorem facit Cicero in *lib. 1.* libris de natura Deorum, eloquentiam ejus commendans, ipsumque esse prædicans, ad quem qui tum Romæ essent Epicurei primas deferrent; cùm eundem quoque L. Crassus omnibus togatis sine dubio anteferret, & paucos cum illo è Græcia Epicureos compararet.

C. Cassius, cuius, & ad quem Epistolæ quædam inter Ciceronianas exstant. Iste ex inita cum Bruto ad tuendam patriæ *in Bruto.* libertatem societate evasit illustris. Multa de eo habet Plutarchus: multa etiam variis in locis ipse Cicero; sed in Philip. 2. lippicis præsertim; ubi & gesta ipsius in Oriente commendat, & generosam familiam prædicat, & nullam censet posteritatem tam immemorem, nullas literas tam ingratas, quæ non eius gloriam memoriâ immortalitatis prosequantur.

C. Trebatius, quem factum Epicureum, & idem cum Attico sentientem jocatur in Epistolis. Is est, ad quem Topica misit, & quem apud Cæsarem ita commendavit, ut probiorem hominem, meliorem virum, prudentiorem neminem dixerit. *iid. ep. 19.* Et accedit, inquit, quod familiaritatem inducit, in jure civili singularis *iid. ep. 5.* memoria, summa scientia. Sed, ne multa conlecter, vide vel unicum locum in vi. Epistolarum, in quo quanti virum faciat, *epist. 6.*

& quantopere ipsum amet, facit luculentissimum; addeque si lubet, illud Horatianum,

*lib. 2. Sat. 1.*

--- *Nisi quid tu, docte Trebati, Discutis.* ---

*lib. 9. ep. 21.*

L. Papirius Pætus, cuius illustrem familiam Papisionum antiquitus dictam Cicero rexit, simûlque eloquentiam, ac peritiam rei militaris, & virtutes cæteras, atque ornamenta commendat in Epistolis Nominatum vero ad Atticum scribens, L. Papirius Pætus, inquit, *vir bonus, amatique nostri, mihi libros eos, quos Ser. Clodius reliquit, donarit.*

*lib. 9. ep. ult.*

Verrius, qui Pæti familiaris, cum ipso simul Attico, idcirco dici videtur, quod ex eadem quoque fuerit Epicuri familia.

*lib. 2. ep. 4.*

*in vit. Att.*

L. Saufeius, cuius Cicero in Epistolis ad Atticum meminit. De eo sic habet Cornelius Nepos, cum de Attico loquitur: *Cum L. Saufeij Equis Rom. equalis sui, (qui cum eo complureis annos studio ductus Philosophia habuit, habebatque in Italia pretiosas possessiones.) Triumviri bona vendidissent, consuetudine ea, qua tum res gerabantur, Attici labore, atque industria factum est, ut eodem nuncio Saufeius fieret certior se patrimonium amississe, & recuperasse.*

*lib. 1.*

T. Albutius, cuius fit mentio in libris de natura Deorum, & qui in Bruto doctus Græcis, vel potius penè Græcus dicitur. Scilicet Athenis adolescens fuit, ubi & perfectus evasisit Epicureus, ac orationes deinde scriptit, ut ex eo loco intelligitur. Quid T. Albutius? inquit in Tusculanis, *Nonne aequissimo animo Athenis philosophabatur? cui tamen illud ipsum accidisset, si in Republica quiescens Epicuri legibus parvisset?* Colligi interim ex hoc loco potest, esse istum eundem cum Albutio illo, quem Cicero in orationibus ait, cum triumphasset in Sardinia, fuisse postea damnatum Romæ.

*lib. 5.*

*in Pison.*

L. Piso, quem Cicero cum praedicto Albutio confert, posset heic adjungi: verum ita depingitur, ut videatur moribus corruptissimis extitisse. In ipsa porrò in Pisonem Oratione memoratur Græcus ille, qui fuit vir non Philosophiâ solùm, sed literis etiam perpolitus: *Homo verè humanus, ac eo solùm nomine infelix, quod Pisonem (etsi Senatorem) nauctus fuit discipulum.*

*lib. 1.*

*Aead.*

C. Amafanius, cuius dicendi rationem etsi Cicero improbat,

non

nō negat tamen, quin ejus libris (quibus scilicet Epicuri discipulā explicabat) multitudo cōmota, ad eam se contulerit. Hic ille idem esse videtur, quē Cassius in Epistolis ad Ciceronem Amasiniū dicit, & unū censet esse ex malis verborum interpretibus. lib. 15. ep. 19.

Catus Insuber, quem idem Cassius censet alium malum verborum interpretē. Hic est, quem Cicero scribit dicta Epicuro, ibid. ep. 16. & Democrito εἰδωλα nominasse *spectra*. Doctum appellat Ho-2. serm. ratius, & Quintil. levem quidem, sed non injucundum auctore. sat. 4. lib. 10. cap. 1.

Pansa, cuius idem Cassius commendat probitatem, & cle-lib. 15. ep. 19. mentiam, laudans virum, quod *idōtū* sequens virtutem retineat. Hunc Cicero vocat suum. Cūm verò Torquatus illum inter-lib. 7. ep. 12. emptum à medico ipsius Glaucone suspicaretur, & hominem in vinculis ut parricidam custodiret; medicum Cicero purgavit in epist. 6. Epistolis ad Brutum.

M. Fabius Gallus, ad quem Cicero de morbo ex intestinis, quo, lib. 7. ep. 26. decimo jam die laboraret, scripsit, significans similem illi, quo Epicurus interierat, hocque adjiciens; *confectus languore, & fame magis tuum officium desideravi, quam abs te requiri putavi meum.* Hunc Gallum fuisse alium ab iis, quos Virgilius in Eclo-ecl. 6. & 10. gis memorat, satis manifestum est.

Phædrus, quem Cicero audivit, & Atticus valde amavit. lib. 1. de fin. Nobilis fuit Philosophus, sic enim illum Cicero in Philippicis lib. 13. ep. 1. appellat, dum Lysiadē Atheniensem illius filium commemo-lib. 5. de fin. rat. Quin-etiam illo nihil elegantius, nihil humanius fuisse scri-Phil. 5. lib. 1. bit in libris de natura Deorum: *sed stomachabatur, inquit, senex, si quid asperius dixeram,* opinor, contra Epicurum.

Patro, quicum Cicero dicit omnia sibi fuisse præter philosophiam. Videtur autem fuisse ex hæredum Epicuri successoribus; scilicet non oscitantur curabat legatam domum. Quippe cūm, ut est antè adnotatum, ab Areopago, Polycharmo Praetore, C. Memmius locum obtinuisset; in quo exædificaret, id summe contendit, ut *ποιητηρίου*, seu decretum in tabulas relatum Areopagus tolleret, unde & Ciceronem induxit ut eā de re ad Memmium Epistolam scribebat, de qua, ipsiusque successu, nihil hb. 13. ep. 1. est hec loci repetendum.

Et Memmius quidem aliquis videri potest accensendus Se-

*En Lucret.*  
*in Lucret.*

Etatibus Epicuri, is nimirum, cui Lucretius libros suos dicens *Pangere conor*, inquit, *Memmiadæ nostro*; &, *Inclite Memmi*, &c. Verum assentiri Lambino non possum existimanti illum esse C. istum Memmium; nec Gifanio adjicienti voluisse ipsum parietinas illas in honorem Epicuri ædificare, ut Cicero ædificavit Academiam. Certè enim, qui illam ad Memmum Epistolam legerit, nihil minus intelliget, quām ipsum aut fuisse Epicuri doctrinam sequutum, aut ædificationem illam in Epicuri honorem voluisse suscipere.

Plato Sardianus, qui solebat multūm esse Athenis; is scilicet, qui Licinium Äsopi tragœdi servum, cùm aufugisset, ac apud Patronem pro libero fuisset, re cognita comprehendit, & in custodiam Ephesi tradidit, ut Cicero Quintum fratrem moneret.

*lib. 1. ep. 2.*

*lib. 4.*

*Acad.*

*lib. 2. de fin.*

*lib. 6. epist.*

*II.*

*Ecl. 6.*

*lib. 16.*

*lib. 1. Sat. 2.*

*in Cat.*

*Min. & in  
Bruto.*

Timagoras, quem Cicero dicit negavisse sibi unquam, cùm oculum torsisset, duas ex luce in flammulas esse vias.

Denique Syron, & Philodemus, quos cùm optimos viros, tum doctissimos homines Cicero appellat. Videtur porrò hic Syron, quem amicum suum alicubi dicit, idem esse quem Scyronem aliàs nominat. Sed & notum est, quod adnotat Servius, Syronem esse, quem Virgilius in Eclogis sub Sileni persona loquentem inducit: cùm Chromis, & Mnaylus sint Virgilius, & Varus, qui docente Syrone Sectam Epicuream didicerrint. Philodemus autem idem esse videtur cum eo, quem Strabo Gadareum dicit, & cuius Laertius librum decimum de Philosophorum compositione citat; ac Horatius sententiam circa parabilem facile voluptatem. Asconius Pædianus in illud Orationis in Pisonem, *Est quidam Grecus*, &c. Philodemum, inquit, significat, qui fuit Epicureus illa atate nobilissimus; cuius & poemata sunt lasciva.

Præter hosce verò, quorum nomina apud Ciceronem habentur, commendatur ecce non semel à Plutarcho Satylli ille, qui forti, inquit, pectore erat, & Catoni addictus, Cesarique infensus, in fractum ipsius Catonis emulabatur animum; & cùm invitus prohibitus, ne sibi manus inferret, fuisset acateris Philosophis; insignem

postea à Bruto fidem, operāq; præstisit, Philippensiq; in acie occubuit; utcumque Brutus ex ejus sententia non suscepisset negotium; quatenus non decere aiebat cordatum, sapientemq; virum pravorum, stultorumque causā periclitari, ac perturbari. An is idem est cum Statyllio Flacco, cuius hocce in Anthologia elegans exstat distichon?

Χρυσὸν δένθει πούρων, ἔλαπται οὐραῖον, αὐλάρος ὁ χρυσός  
Οὐ λίπνιον οὐρών, οὐ φέρει οὐραῖον οὐραῖον.

Hic aurum inveniens laqueum finit ille relictum

Non aurum, at laqueum, quem subeat, reperit.

Exstat distichon apud Stobæum aliquantò secus, & aut Platonis (intellige Comico) aut Antipatro attribuitur;

Χρυσὸν δένθει, οὐ μόνον σύρει, οὐ δὲ λεπτεῖ. οὐ δὲ μόνον εὐρεῖ,  
Πεψιν, οὐ δὲ χειρούργον, λυγεῖται οὐραῖον οὐραῖον.

Aurum illi inventum, perit huic; unde ille, reperio,

Liquit; hic amissus, corripuit laqueum.

Legitur & apud Quintilianum L. Varus, qui Cæsaris amicus fuit, & cui, cùm fecissent convitium Cassii Severi advocati, ipse Cassius, & à Prætore fuit objurgatus, & transtulit crimen, nescire se dicens qui convitiati, &c.

Jam Augusti temporibus notum est clariusse, quem fuisse Epicureum ex Servio mox retulimus, P. Virgilium Maronem, Latinorum poetarum absque controversia Principem. Possemus varia loca proferre, quibus ipsum sub Epicuro militasse Servius notat; sed sufficit principium illud elegantis Poematis.

*Etsi me vario jactatum laudis amore,*

*Irritāq; expertum fallacis præmia vulgi,*

*Cecropius suaveis exspirans hor tulus auraz*

*Florentis viridi Sophie complectitur umbra.*

De Quintilio Varo, quod Epicureus fuerit, præter recitatum Servii testimonium, conjectura est quædam, quod Horatius Epicureus Virgilium Epicureum ob Vari mortem consolatur (interfectus nimis fuit cum tribus legionibus, dolo ab Arminio circumventus, cùm Augustus illum præfecisset exercitu Germanico) Inter cætera sic canit Horatius:

Vill. Pat.  
Tacit. I.  
Amal.

Ergo

lib. 1. ode 24.

Ergo Quintilium perpetuus sopor  
Urget? cui pudor, & justitia soror  
Incorrupta fides, nudaq[ue] veritas  
Quando ullum invenient parem?

Quod porro Q. Horatius Flaccus ad hanc quoque Sectam pertineat, omnes propè consentiunt, cum propter varia dogmata, quæ Epicuri genium sapiunt, tum propter illud in omnium ore, quod ipse jocando de se evulgavit dicterum:

*Me pinguem, & nitidum, &c.*

Addere etiam possumus Sex. Aurelium Propertium: scilicet ut non Epicuri minus, quam Platonis Sectam affectaverit, indicat elegiā ad Cinthiam, in qua declarans se Athenas proficiisci velle, illud inserit:

*Ilic vel studiis animum emendare Platonis*

*Incipiam, aut hortis, doce Epicure, tuis.*

l. 1. adv.  
Celsi.

Postmodum, hoc est sub Nerone, scribit Origines extitisse Epicureum quendam nomine Celsum.

lib. de vit.  
be. cap. 19.

Seneca verò eo tempore scribens, duos memorat, ac imprimis Diodorum illum, qui cum finem vitæ suæ manu suâ imposuisset, Ille, inquit Seneca, *beatus, ac plenus bona conscientia redidit sibi testimonium ritâ excedens, laudavitque etatis in portu, & ad anchoram actæ quietem, & dixit, quod vos invistitis, quasi vobis quoque faciendum sit:*

4. Aeneid.  
epiſt. 30.

*Vixi, & quem dederat cursum fortuna peregi.*

Deinde Bassum Aufidum, eum nempe, quem dicit virum optimum, & ad quem extrema ætate decumbentem ipse saepius venerit, fidem facturus insignis constantiae, summæque alacritatis, qua mortem jamjam imminentem exciperet. Et dicebat quidem ille, inquit, *Epicuri preceptis obsequens primum sperare se nullum dolorem esse in illo extremo anhelitu; si tamen esset, habere aliquantulum in ipsa brevitate solatijs, &c.*

lib. 7. qt.

nat. cap. 13.

Artemidorum adderem eidem Senecæ memoratum; sed is forte non est ex sola Atomorum positione Epicureus judicandus.

An addendus potius est ille Lucilius, quem Seneca illustrem fecit,

fecit, scriptis ad ipsum Epistolis? Certè cùm aliæ caussæ sunt, <sup>epist. 23.</sup>  
tum Seneca illum sic alloquitur: *Possim vocem tibi Epicuri tui red-*  
*dere.* An addendus Seneca ipse? Profectò non modò innumerā  
propè præclaras sententias ex Epicuro & refert, & probat; non  
modò agit compilatorem Epicureorum operum, ac se Epicuri <sup>epist. 8.</sup>  
Angelum, seu quasi interpretem dicit; non modò à Stoicis au- <sup>epist. 20.</sup>  
dit, quòd ad Epicurum transfugiat; verùm etiam videtur planè <sup>lib. de vit. be.</sup>  
sub Epicuro militare, dum hisce verbis utitur: *Habeant sanè no-* <sup>cap. 28.</sup>  
*men, quod illis Epicurus noster imposuit.*

Ad-hæc Statius sub Domitiano memorat Pollium Surre- <sup>lib. 2. sylv.</sup>  
tinum, dum illius studia describens, sic canit:

Hic seu fiderias exercet Pollius arteis,  
Seu rovit monitus, quos dat Gargetticus author,  
Seu nostram quatit ille chelyn, seu diffona necit  
Carmina, sive minax ultorem stringit Iambon.

Ad eadem tempora pertinet Anonymus ille, quem Orige- <sup>lib. 1. adv.</sup>  
nes accessisse cum famoso Euphrante ad Apollonii magiam scri- <sup>Cels.</sup>  
bit. Sed, si magus quidem esse voluit, haud-dubie spurius Epicureus fuit, ut & duo illi Alcæns, & Philiscus, quorum est in- <sup>lib. 9. var.</sup>  
ferius ex Aeliano facienda mentio, quique hac tempestate, an <sup>hist. cap. 12.</sup>  
aliâ expulsi Româ fuerint, compertum satis non habeo.

Haud multò post esse debuerunt, quos Plutarchus Trajani præceptor inducit: nempe Boethus Geometra, qui enarravit <sup>lib. de Pyth.  
orac.</sup>  
historiam de Pausonis Pictoris equo currente, & solâ tabulæ in-  
versione factâ, sese volutante. Alexander, quem Plutarchus di-  
cit fuisse & elegantem, & valde literatum. Is est, qui de gallina, <sup>lib. 2. symp.</sup>  
& ovo questionem proposuit, utrum scilicet prius existisset. <sup>q. 3.</sup>  
Zopyrus medicus, quem idem appimè versatum in Epicuri Phi-  
losophia scribit. Is est, qui exposuit, quemadmodum Epicurus <sup>lib. 3. symp.</sup>  
in suo symposio de temperantia verba fecisset, ostendissetq; cùm <sup>qu. 6.</sup>  
res venerea facile alias noceat, tum potissimum si quis illam  
statim à convivio exerceat.

Sequuti sunt, quos habet Lucianus, qui ab ipso usq; Trajano  
florere cœpisse videtur. Videlicet Damis, quem ille facit cum Ti- <sup>in Io. trag.</sup>  
mocle de Deorum existentia, & providentia disputantem.

*in convivio.  
seu Lapith.  
in Icaromen.*

*Dial. sen.*

*Am.*

*in pseudom.  
lib. de lib.  
pro.*

*lib. 8. adu.  
Cels.  
contra His-  
troc.*

*lib. 1.*

*in pseud.*

*Ibid.*

Hermon, quem genere primum inter civeis, & Sacerdotem  
τῶν ἀδειῶν sive Castoris & Pollucis, inducit in convivium. Her-  
modorus, quem Menippus jocatur, & ob mille nummos peje-  
rantem, & à Jove fulmine percutsum. Hæc nomina me admo-  
nent, ut Hermoclem hic inseram, quem Theodorus Prodromus in Amarantho colloquenter facit.

Sed ad Lucianum ut revertar, adjici potest ille Celsus, ad  
quem Lucianus prescribit historiam de Alexandro pseudoman-  
te. Nempe, cum Alexander famam Epicuri lacerasset, post-  
quam Lucianus Celsum commendavit propter sapientiam, &  
amorem veritatis; propter morum mansuetudinem, & mode-  
stiam; propter vitæ tranquillitatem, comitatem, amicitiam, qui-  
bus permotus tale opus conscriperit, subdit: *Tum magis, quod*  
*tibi fuerit etiam jucundus, ut Epicurum ultiserer.* Porrò hic Celsus  
esse videtur, cuius à Galeno fit mentio in iis, quæ adversus E-  
picurum, aut Epicureos conscripsit. Quin etiam idem esse vi-  
detur cum eo, adversus quem Origenes octo illos libros com-  
posuit: *cum videlicet emisisset librum adversus Christianos sub*  
*titulo veri sermonis;* cuius Eusebius quoq; dum Librorum O-  
rigenis mentionem facit, meminit; ac pollicitus etiam fuisse  
alium, in quo traderet rationem vivendi secundum propria  
dogmata. Tempora certè congruunt; scribit enim Origenes  
hunc Celsum vixisse Adriani, sequentibusq; temporibus, qui-  
bus & Lucianus, & Galenus etiam vixerunt.

Subjici heic posse videtur ille Lepidus, cum quo etiam alii  
Epicurei erant, in Pontica urbe Amastri, quando, ut idem Lucianus  
habet, Alexander illos insectatus est. Ut nihil dicam de eo,  
in quem imposturas detegentem Alexander lapides movit.

Potest ipse quoq; Lucianus, qui appetitus insidiis ab eodem  
Alexandro est, quod Epicureus esset, arteisque varias detege-  
ret. Epicureum certè fuisse declarat, & communis vox, & viri  
doctrina, & multiplex quidem commendatio; sed illa præser-  
tim, quâ Epicurum postrem laudans, scribere ad Celsum per-  
git fuisse Epicurum virum verè sacrum, divinoq; ingenio; &  
qui, inquit, solus, qui verè sunt honesta & noverit, & tradide-  
rit;

rit; solusque exsisterit, qui liberos reddere solitus fit eos, qui secum haberent consuetudinem.

Addantur jam duo alii, quos præter Celsum Galenus habet: lib. de lib.  
Pudentianus videlicet, cuius aliquam Epistolam memorat & pro.  
Antonius, cui librum quendam meminit scriptum. de passion. an. &c.

Ad hæc tempora spectare videtur Zenobius ille, adversus quem testatur Simplicius librum scriptum ab Alexandro A- in 3. physic. phrodisæo, quem sub Antoninis floruisse manifestum est. comm. 49

Quodam longo post intervallo citavit D. Ambrosius, verbi causa Philomarum. De Epicuro enim loquens, *Hic*, inquit, lib. 1. offic. quām alienus à vero sit, vel ex eo deprehenditur, quod voluptatem in ho- cap. 13. mine Deo auctore creatam afferit principaliter, sicut Philomarus ejus Se- cñator in Epitomis suis disputat. Fortè etiam Demarchum illum, ex lib. 3. epist. 25. quo vir sanctus mutuatus est quod dicetur infra haberi in Epis- tola ad Meneceum.

Sunt qui adjungant Decium Aufonium, celebrem illum Poëtam, cùm ob expressas alias Epicuri opiniones, exempli lib. 1. epigr. gratiâ, 109.

*Quod est beatum, morte & eternum carens, &c.*  
tum propter istam maximè,

— — — tenuissima tantis  
Principia, & nostros non admittentia visus  
Parvarum serie constant connexa atomorum, &c.

An postremò adjiciam quod Albertus Magnus in libro de animi immortalitate habet, dum Epicureorum antiquissimos fuisse Hesiodum, Atalium (qui ab aliis, ait commentator, nun- cupatur Achalius) & Cecinnam (qui vocatur à quibusdam, ait idem, Tetinus) subjicitq; sequutum hos fuisse Isaacum Israë- litam Philosophum? De Atalio certè nihil habeo quod dicam; imò neque de Cæcinna, quando neque illum Ciceronis familiarem, pro quo Oratio, &c ad quē, cuiusq; Epistolæ extant; neq; illum alium ex iis, qui eodem fuerunt nomine, Epicureum 6. comperio. Isaacus Israëlitæ ille potuit, qui Salomonis Ara- biæ Regis adoptivus filius dictus est, & cuius duo supersunt li- bri, dc diætis universalibus, & particularibus: nihil tamē reperias

in illis, quod Epicureum declareret. At Hesiodum cur non potuerit Poetam intelligere ; cum aliundē ex Stoicorum Secta faciat Spensippum, Platонem, Socratem, Pythagoram ? Scilicet vir alioquin doctus (nisi & librum alterius dicas) tam esse potuit temporum ignarus , quam germanarum opinionum , quas attribuit Philosophis. Sed de Sectatoribus satis.

**LIBER**

LIBER TERTIUS  
 DE OCCASIONE,  
 ET AUTHORIBUS QUÆSITÆ  
 EPICURO INFAMIA.

---

## CAPUT PRIMUM.

*Non fuisse Epicurum eo fastu, quo Zenonem Stoicum, de Sapiente, ac virtute loquutum.*

**H**uc usque fuit vita, & mors Epicuri. Quod autem nudè recitata, ac sine morum deductione, commendationeque ulla fuerit, in causa fuit, quod res præstanta inter elevandum præcipuas criminaciones videretur. Nunc cùm istæ criminaciones diluendæ deinceps occurrant, ac sit imprimis operæ pretium factam illarum occasionem, originemque retegere; ideo est de hac initio dicendum. Et quoniam ipsi Stoici sunt, ad quos ea referenda est, tanquam ad præcipuos authores, propagatoresque infamie; idcirco res altius repetenda est.

Imprimis constat Epicurum, & Zenonem illum Cittensem Stoicorum Principem fuisse contemporaneos. Siquidem lib. 17.  
 Aulus Gellius celebreis scribit extitisse eodem tempore; scilicet ad annum ferè à condita Urbe CCCCLXX. & Suidas testatur Zenonem floruisse Olympiade CXX. quâ Epicurus etiam ex suprà deductis florebat. Videtur autem Epicurus fuisse paulò junior. Etsi enim prior obierit (mortuus est enim Olympiade CXXVII. cùm Zeno, ex Laërtio viveret adhuc jam senex Olympiade CXXX.) Zeno tamen diutiùs vixit, ad usque nempe annum etatis nonagesimum octavum, uti & Laërtius, & Lucianus <sup>ibid. in Macrob.</sup>

nus scribunt. Certè cùm Zeno jam octogenarius ad Antigonom Regem scripserit, miseritque Persæum, ac Philoni dem, & Epicurus tantam æratem non attigerit, meminerit verò utriusque illorum, ut videlicet apud Regem Antigonom fuerit, in Epistola ad Aristobulum fratrem, quod Laërtius commemorat; certè, inquam, junior esse Epicurus non nihil debuit. Nihil autem mortor, quod Persæus apud eundem Laërtium sribit vixisse dunt taxat Zenonem annos LXXII. Id enim ut dictis repugnat, ita cohærere cum eo non potest, quod scripsit Apollonius Zenonem Scholæ suæ præfuisse annos LVIII. Utcumque sit, scholam habuere simul, ac multo tempore, tam Zeno in sua Porticu, quam Epicurus in suis Hortis.

loc. cit.

ibid.

apud  
Laërt.

lib. 7.

in Hermos.

lib. 7.

in absurd.  
Stoic.

Jam Zeno, ut erat naturâ subtristis, austerus, & vultu contracto, præparcus, &c, sic enim illud describit Laërtius, *εὐγένος τε, νοῆτη πανεύρη, καὶ ὅπι περιστωτὸν οὐνικαταυρδόν*, &c. Sectatoresque etiam ipsius ad sui ducis imitationem, sic se componebant, ut se exhiberent tetricos adspectu, & maxima parte ad cutem derafios, *πίστεντας εἰς καρπούς κατειλεῖσθαι*, quod à Luciano observatum est; heinc effectum est, ut Stoica virtus, seu Sapientia ea descripta sit, quæ eximiam aliquam austерitatē p̄ræ se ferret. Quia verò isti propterea admirationi, & venerationi apud vulgus erant; ea de causa sic seipso existimarunt solos sapere, ut jactarint solum Sapientem ( Stoica nempe virtute instrūtum ) esse Regem, belli ducem, magistratum, civem, Rhetorem, amicum, pulchrum, nobilem, divitem, prætereaque ipsum solum non penitere, non misereri, non injuriā affici, non ignorare, non opinari, passionum esse expertem, semper liberum, semper in gaudio, Deo parem, &c. quæ magna ex parte relata, impeditaque à Plutarcho sunt, cùm Stoicos docuit, longè absurdiora, quam Poëtas docere.

At Epicurus, prout erat naturâ humanior, ita bona fide, & simpliciter agens, probare non potuit hasce iactationes; sed humanae conscientiae imbecillitatis, expendit, portare quid possent, quid recusarent humeri. Facile pervidit ea, quibus intonaret Porrillus, si apparatum, fastumque verborum quis distraheret, haberet

dung

duntaxat in votis; quare virtutem, & Sapientiam, cuius natura humana esset capax, excogitavit. Cum videret porrò omnes homines naturae ductu, quicquid agerent, ad voluptatem aliquam ferri; expensis verò omnibus voluptatum generibus, deprehenderet nullam esse generaliorem, constantiorem, expetibiliorem eā, quæ in corporis sanitate, animique tranquillitate (sed ista præsertim) constituta esset; idcirco hunc finem bonorum constituit; adjecitque solam virtutem esse instrumentum maximè i-doneum, quo voluptas hæc pararetur: Defendit proinde Sapi-entem, seu virtute præditum virum esse illum, qui primū quidem sobrietate, & continentia, hoc est virtute temperantiae, san-tatem corporis, quatenus per constitutionem nativam liceret, eue-retur; deinde verò operam potissimum impenderet, ut virtutum choro adjutus, ac sedatis libidinis, gulæ, avaritiae, ambitionis, cæ-terisq; affectibus, tueretur quām maximè posse tranquillitatem animi. Scilicet veram, germanamq; voluptatem consistere non in ipso actu, seu motu, ut Aristippus definierat; sed in statu, seu vacuitate tum doloris in corpore, tum perturbationis in mente.

Axud Epicurum, inquit Seneca, duo bona sunt, ex quibus summum illud, epist. 66.  
beatumque componitur, ut corpus sine dolore sit, animus sine perturbatione: Et sic ille quidem ingenuè, simpliciterque edisserebat, ut & pau-lo post rursus attingetur, & pleniùs suo loco demonstrabitur; neque curabat interim, quod Zeno auram popularem magnificis illis vocibus captaret, & gestu, habituque morum gravitatem exprimeret: quippe egit semper candidius, quām ut populo im-ponere vellet, cui nosset nihil esse acceptius ostentatione earum rerum, quas nec intelligentia, nec opere assequitur. Numquam vo-lui, inquit, apud Senecam, populo placere; Nam quæ ego scio, non pro-bat populus: quæ probat populus, ego nescio. Et ad amicum; Hac ego, in-quit, non multus sed tibi; satis enim magnum alter alteri theartum sumus.

## CAPUT II.

*Heinc Zenonis, itemque Cleanthis, Chrysippi, aliorumque Stoicorum odia, & calumniæ.*

Itaque Zeno, Stoicique agnoscentes ista & morum, & doctrinæ simplicitate bullata sua verba, pollicitationesque ingenteis apud viros vel minimum cordatos detumescere; capropter ingenis, ac perpetuum erga Epicurum concepere odium. Cepere autem occasionem ex voluptatis voce captare, calumniarique, quod obsecnam, seu in ingluvie, ac Venere positam intelligereret, & ad illam, ut dominam, virtutem, ut ancillam referret. Res certè eò deducta fuit, ut Epicurus ad Menœcum (ea Epistola, qua est apud Laërtium) scribens, hac uti velut Apologia, suæve sententiæ declaratione fuerit coactus: ὅτι ἐν λίγοις ἡδοναῖς τέλος οὐ πάρα γενεῖ τὰς τῶν αἰσθάνεντων ἡδονάς, καὶ τὰς τῶν εἰς πολαύσας κειμένας λίγων, ὃς λίγες ἀγροτεῖται, καὶ μέχρι μολυσθεῖται, η̄ μακράς ἀπελεχώμενας τομεῖσσον, μέλλει στηλήγειν τῷ σώματι, μήτε φρεστεῖται κατὰ τὸ ψυχικόν. Εἰ δὲ πότοι, καὶ πάρεις σωτῆρες, η̄δὲ διπλαύσαται ποιῶν, καὶ γυανικάν, εἰδέτης ισχύον, η̄ τὰν αἰδοναν, ὃς φίρει πολυτελῆς τερψίζει τὴν ηδονὴν φυγῆν, αἰδεῖ τηνθάνατος, η̄ τὰς αἰτίας ἔξερδουσιν πάσις αἴρεσσαι, καὶ φυγῆς, η̄ τὰς δέξας ἐξελαύνων, αἴφ' αὐτὸν ποτετοῖς τὰς ψυχὰς κατεπλανεῖν θεραπεύει. ταῦτα ἐπί τιναν δέρρη, η̄ ὃν μέγιστον αἴρασθαι, φρεστεῖσσι. Άφετος φιλοσοφίας πριν ἀπειλεῖ φρεστος, η̄ δὲ αἱ λοιπὰ τὰ σημεῖα πεφύκασσιν αἴρεσσαι διδούσας οὐδὲ τίνει ηδεῖς ζῆν, αἰδεῖ τὸ φερείματος, η̄ παλλᾶς, η̄ σπασίων, εἰδέτης φερείματος, η̄ παλλᾶς, η̄ δικαίων (nimidum has sex voculas restituendas esse ex primo de finibus Ciceronis libro Stephanus jure automat) ἀφετος φιλοσοφίας πριν αἱ αἴρεται τὰ ζῆν ηδεῖς, η̄ ὃν ζῆν ηδεῖς, τὰ τούτα τίνει αἱχάρεσσιν. Quando igitur voluptatem esse finem dicimus, non asutorum (perditorum) neque eas, quae in fruendo (seu quasi proliuendo) posita sunt, voluptates dicimus: veluti quidam ignorantes, aut à nobis dissentientes, aut male affecti existimant; sed non dolere corpore, ac animo non perturbari. Siquidem non compositiones, comessationesque perpetuæ; non item puerorum, mulierumque fruitiones; ut neque piscium, aliarumque quarumvis rerum, quas laetior mensa suppeditat, jucundam vitam pariunt; verum ratiocinatio so- bria

bria, qua et auferas, cur, quidque eligendum, fugiendumve sit, investigat, opinionesque abigit, ob quas plurima menteis occupat conturbatio. Horum vero omnium principium, maximumque bonum prudentia est; quo circa philosophie quoque antecellit prudentia, è qua aliae omnes virtutes sunt ortae, docentes vivi jucundè non posse, nisi sapienter, honestè, justèque vivatur; uti neque vivi sapienter, honestè, justè, nisi jucundè. Sunt nimurūm jucundæ vita virtutes congenita, nec fieri potest, ut ab ipsis vita jucunda separetur. Hæc fusi scilicet refero, licet ad doctrinam pertineant; tum quia operæ-premium est, quæ fuerit Epicuri mens ab initio cognoscere, tum quia exinde intelligitur, exitiis obtructatores ab ejus usque tempore, qui rem pravè interpretantes fecerint conquerendi ansam.

Porro illos Stoicos fuisse, intelligi imprimis licet ex ea Epistola, qua Zeno, apud Laertium, ad Antigonum Regem scribens, lib. 7. ipsumque commendans, quod sua illi doctrina placeret: *Laudo, inquit, tuum disciplinæ studium, quod Philosophie cupidus, institutionem veram, & quæ ad utilitatem spectet, non verò popularem illam, & quæ ad morum corruptionem tendat, retineas.* Subnotavit nempè his verbis ipsam Epicuri doctrinam, quam ex spuria sua interpretatione ideo vocavit *popularem*, quod homines vulgo tametsi virtutem voce magnificiant, re ipsa tamen ad obscenæ voluptates prolabantur. Deinde verò ex genio qui ab usque Zenone in ejus Secta viguit, quatenus ea in Epicurum ita constanter declinavit, ut si culinam, aut lupanar, non verò Philosophiæ instituisset gymnasium; ac in eo semper instituit, non ut voluptati dolor, aut virtuti vitium (quemadmodum sanè oportuit) sed ut virtuti opposita esse voluptas videretur; videlicet quasi ipsa honestatem, Epicurus obscenitatem speciali studio consecraretur, dicique adeò posset, quod & à Poëta est dictum,

*Stoicus has parteis, has Epicurus agit.*

Atque ut ab ipso Cleanthe, Zenonis successore exordiar, ipse, epigr. 9. frugi alioquin vir, ut Epicorum majore quadam invidia obrueret, confinxit illam tabulam, in qua, referente M. Tullio, & memo- lib. 2. de fin. rante etiam D. Augustino, voluptatem ut Reginam, virtutes ve- 5. civit. rò ut voluptati ancillanteis exhibuit. Chrysippus autem præter

lib. 7. libros, quos scripsit illis titulis, qui sunt apud Laertium, Demonstra-  
tiones, quod voluptas finis non sit; quod voluptas bonum non sit; itemque  
præter cætera quæ speciatim est in Epicurum convictus, βλασφημί-  
Cass., καὶ λαίδες Cass., veluti ipsi Oenomaus apud Eusebium objicit,  
descripsit, ac repræsentavit, quasi discipulum illius Archestrati,  
qui author Gastrologiæ, solerissimè de gulæ, ventrisque volu-  
ptatibus differuit; quod apud Aetherium est. Diotimus illi suc-  
cessit, qui, ne nihil ageret, evulgavit quinquaginta impudicas e-  
piltolas, & eas etiam, quæ ad Chrysippum referuntur, contexuit,  
ac postrem id Epicurum, quasi illarum esset author, calumniatus est,  
lib. 10. Αἰγαῖος Βάκχος, ut habet Laertius. Quid Posidonium memorem, cæ-  
terosque ex eadem familia, quos Laertius quoque recenset? U-  
nus Cleonides sufficiat, qui & ipse Stoicus fuit, ut totum ejus  
ibid. in comment. opus clamat, & demonstrat Balsoreus. Ipse, cùm satis non judi-  
caret comparasse Epicurum cum Therista Homericō, invexi-  
b. 2. cap. 1. seque alia id genus, hac peroratione demum usus est: Non heinc  
abibis, Piamentum, ad Crocotas, & Pellices, quibuscum in lectis dies totos  
decumbas, nunc purpuram nens, nunc corollis redimetus, nonnunquam etiam  
oculis fucum inspicans, aut etiam in multa, & fœda ebrietate tibiarum  
cantu titillatus, denique his alia consentanea faciens, tanquam vermis in  
valde spacio, & stercoreo cæno voluntatus? Nonne etiam tu audacissimum, &  
impudentissimum caput, abortus Philosophiæ, heinc ad Leontium, & Philæ-  
nidem, meretricesque alias abibis, & ad sacras acclamations cum Mindu-  
rida, & Sardanapolo, cæterisque omnibus convivalibus tuis sociis? Nescis  
Philosophiam Herculem, & viros Herculeos ad se, non verò per Iovem, cina-  
dos, & voluptatem vocare?

## CAPUT III.

Confirmatio ex Seneca; & in Epicletio etiam,  
aliisque Sectæ Genius.

Ista ad verbum refero, ut Sectæ Genium melius agnoscas. Id  
enim erat illis præscriptum, ut seu jure, seu injuria, Epicurum,  
quan-

quantum possent acerbè infectarentur, & atrociter divexarent. Scilicet hanc sibi vicissim tradebant quasi lampada, illeque spurius, ac degener habitus fuisset Stoicus, qui non Epicurum damnaret, qui laudem illi quam minimam, tametsi justam tribueret. Id colligere potissimum licet vel ex uno Seneca. Etenim cum is pene unus Stoicæ Sectæ studio ita captus fuerit, ut tamen etiam veritatis amorem retinuerit, coactus fuit sacerdoti candorem suum, invitis licet consecratoribus, testari. Siquidem non plura modis ex Epicuro laudanda decerpit, ac, ut par erat, commendavit; verum & ipsum Epicurum fortē virum fuisse, dixit, & *epist. 32.* ipsius disciplinam aliam esse censuit, quam reluctantes Stoici alii populares objicerent. Verba illius haec accipe: *Mea quidem, in-*  
*quit, ista sententia est (invitis hoc nostris popularibus dicam) sancta Epicu-*  
*rum, & recta præcipere, &, si propius accesseris, tristia.* Et rursus: *Non ibid.*  
*dico, inquit, quod plarique nostrorum, Sectam Epicuri flagitorum magi-*  
*stram esse; sed illud dico: male audit, infamis est, & immerito. Cæterum*  
*ad ista, aliaque id genus, en ut reliqui Stoici, ipso etiam Seneca*  
*referente excandescerent: Quid agis, Seneca? deseris parteis? Quid ibid. cap. 28.*  
*nobis Epicuri præcepta in ipsis Zenonis principiis loqueris? Quin tu bene, &*  
*gnarier, si partium piget, transfugis potius, quam prodis?* *Quo sane lo-*  
*co Stoicos vides non ad ipsam rei veritatem respicisse, sed popu-*  
*lari solùm more studia partium sic defendisse, ut cœprum semel*  
*fuerat. Eodem spectat, quod relata, commendatique illâ senten-*  
*tiâ, Malum est in necessitate vivere; sed in necessitate vivere, neces-*  
*sitas nulla est, subiungit: Epicurus, inquis dixit; quid tibi cum alieno?*  
*Quod verum est, meum est. Perseverabo Epicurum tibi ingerere; ut isti,*  
*qui in verba jurant, nec quid dicatur, astimant, sed à quo, sciant, que opti-*  
*mis sunt, esse communia. Non curârunt itaque illi quid Epicurus di-*  
*xisset, introspicere, ad nomen solùm voluntatis, ut ad frontem*  
*respexerunt; frons verò haec fuit, ut Seneca habet, que dedit locum fa-*  
*bule; neque hoc, inquit, scire quisquam potest, nisi interius fuerit admis-*  
*sus. Ex quo miraris non possum, quare Epictetus vir alto-*  
*quin optimus, non Senecam potius, quam cæteros illos popula-*  
*reis, imitatus fuerit. Ecce enim quam oleat Stoicum illum*  
*adflatum, dum apud Laërtium dicit Epicurum digna Cinædo lo-*  
*lib. 10.*

lib. 2. cap.  
20.

lib. 9. cap. 5.

lib. 7. fam.  
ep. 26.

lib. quod  
qualit. in-  
corp.

lib. 7.

lib. 6. cap. 3.

quatum fuisse, n̄ τὸ μεγάλητα λαθοῦται, quam maximèque effundit convitia. Et apud Anianum sic invehitur: Dormi, & ea facio, qua vermes solent, quibus tute ipse dignum judicasti. Ede, bibe, indulge veteri, caca, sterete, &c. Itemque cur Hierocles, vir, ut haber Agellius, & sanctus, & gravis, Epicurum etiam meretricis nomine infamaverit, in quo Taurus est illum imitatus. Sed nimirūm Epicetus in suis illis concionibus, cæterisque similes, juxta rumorem de Epicuro disseminatum, loquebantur; neque enim aliter aures auditorum præoccupatae satis æquaæ fuissent percipiendis cæteris, quæ de virtute differuntur. Sic sæpè fit, ut præconceptram apud populum opinionem accuratè fovere præstet, quam obiter convellere. Id autem mirum; Cùm morbus ille, quo Epicurus obiit, caussas alias naturaleis verisimiliores habuerit, Stoicos hanc denique ansam ex Cicerone arripuisse, quæ Epicurum edacitatis, ac turpioris etiam intemperantiae arguerent. Non satis nempe memorabantur, aut dissimulabant Chrysippum eodem interiisse morbo, ut colligitur partim ex Galeno, partim ex Laertio. Verum, ut patet, nullum unquam non moverunt lapidem, quod Epicuruin sacerent exosum. Dicerem, ut hunc Seclæ Genium etiam in ipsos Epicuri Sectatores sic retinuerint, ut fuerint in ipsos nihil æquiores: verum & res est satis nota, & obiter potest vel ex eo solo intelligi, quod cùm Cassius ille Severus, cuius antè est ex Quintiliano facta mentio, objurgatus à Prætore fuisset, quod ejus advocati L. Varo Epicureo Cæsarismo fecissent convitium; non alia ipsi excusatio expeditior occurrerit, quam ut Stoicos caussaretur. Nam nescio, inquit, qui convitati sint, & puto Stoicos fuisse.

## C A P U T I V .

*Alicæ Stoici odii cause.*

**A**TQUE HUC-USQUE QUIDEM UNAM ODII CAUSSAM COMMEMORO, ipsam scilicet opinionem de voluptate, ut sine bonorum: fuere

fuere verò aliæ itidem complures. Quippe Epicurus non cā in re modò contradixit Stoicis, sed etiam in aliis oppidò quam multis. Ut autem cætera præteream, veluti de Deorum formâ, ac dæmonibus; de divinatione, & insomniis, de peccatorum æqualitate: itemque de elementorum crasi, de divisione continui, de magnitudine siderum, aliisque innumeris, quæ suis locis sunt referenda; duo quædam solum heic attingo: unum, quod ad Dialecticam; alterum, quod ad Providentiam spectat. Et circa Dialecticam quidem manifestum est Stoicos fuisse in ea penè totos (cū vel unus Chrysippus scriperit de ea supra trecenta volumina, quæ à Laertio recensentur) ac se se mirè extulisse, quod reducendo omnia ad apices Dialecticos, subtilissimè concluderent omnia. Exinde fuit nempe, quod ferri vix possent in suis disputationibus, ac illis non modò Cicero objecerit, quod *ratiunculis* <sup>2.</sup> & <sup>3.</sup> *lidius uterentur*, quod *ossa mudarent*, *spinas vellerent*, *contortus conclude-* <sup>4.</sup> *Tu sc.* *rent*, &c. sed ipse quoque Seneca affectatam, ac inutilem subtilitatem carperit, quā, ut subulâ, (aut etiam aristâ, quā nihil est subtilius) leonem exciperent; interdumque etiam ita exclamarunt: *Hæc disputamus attractis supercilii, fronte rugosâ? ò tristis inepitas!* Et ite- <sup>1.</sup> *ep. 113.* rūm: *O puerileis inepitas! In hoc supercilia subduximus?* *In hoc barbam de-* <sup>2.</sup> *ep. 48.* *misiimus?* hoc est, quod tristes docemus, & pallidi? &c. Itaque cū Epicurus quoque Dialecticam illam Stoicorum contemplerit (ut apud <sup>1.</sup> *lib. 1. ad adv. log.* Empiricum est) ac uno, altero vè solum canone circa usum vocum præscripto, omneis eorum technas & facile dissolverit, & ridiculas exhibuerit; idcirco magnâ impatientiâ sic insectati illum sunt, ut quem affectu depravatum ob voluntatem prædicabant, eumdem miente captum ob Dialecticæ ignorationem inclamarint. Si quidem tum se erga ipsum modelissimè gerere sunt vīsi, cū tardum, atque hebetem apud Ciceronem dixerunt. Itemque cū <sup>2.</sup> *ad fin.* tardum; nam, vide, inquit idem Cicerō, *quām sit cautus is, quem isti* <sup>4.</sup> *Acad.* *tardum putant*, &c. Misum autem facio, quod posteà apud eumdem Ciceronem habetur, ad ostendendum, ut Stoici, licet inter se in Dialecticis mirè dissiderent, impatientissimè tamen tolerint si bi ab aliis contradici. *Quid me igitur in invidiam, inquit Cicerō al-* <sup>ibid.</sup> *loquens Lucullum professione Stoicum, & tanquam in concionem vo-*

eas? & quidem, ut seditionis tribunt solent, occidi tabernas jubes? Quo enim spectat illud, cum artificia tolli quereris a nobis, nisi ut opifices concitentur; qui si iudicue omnes convenerint, facile contra vos incitabuntur: exprophan primis illa invidiosa, quod eos omnes, qui in concione stabunt, excusare, servos, insanos esse dicatis, &c.

Circa Providentiam, præmittendum est, commendandos Stoicos esse, quod illam defenderint, Epicurumque ipsam negantem, improbaverint; Scilicet is fuit Epicuri gravissimus lapsus, quod non capiens quemadmodum immortalis, beataque natura sibi habere, aut alteri exhibere negotium posset, censuerit Deum non gerere nec generalem totius mundi, nec specialem hominum curam; ut constabit cum hunc errorem Deo benè propitio refutabimus; tanquam non religioni modò, sed naturali etiam rationi penitus aduersum. Præmittendum etiam Epicurum non tam Stoicis repugnasse, quod Providentiam defenderint, quam quod cum Fato eam copularint: quippe, quod fati necessitas, cui Jovem quoque subjeciebant, non modò ipsam hominum libertatem everteret, sed perverteret etiam ipsammet Providentiam, ac hominum & spes inaneis, & vanas preces redderet, si Dii quidem nihil, nisi quod esset in fatis, ut ajebant, possent. Id nempe suo loco fusiū deducetur, cum heic adnotare sufficiat, Vellejum apud Ciceronem appellasse ob hanc causam Providentiam fatidicam anum Stoicorum. Cum his autem præmissis, quæstio jam non sit, jure-ne, an injuriā ex hoc capite Stoici infensi Epicuro fuerint; sed cum jure fuerint, monstrandum sit solum, quemadmodum fuerint; sufficit ad hoc vel unus Plutarchus, quo loco referit Stoicos in Epicurum sic invehi, ut impensis non valeant (*σοληπτον τὸν περιγένετον*,) & prob! prob! vah! vah! inclamare (*ἰδία, φαῦ, φαῦ βοῶτες*) quod tollens Providentiam, anticipationem de diis labe-factet. Ac ostendit quidem subinde Plutarchus Stoicos errare, quam Epicurum gravius; Sed gravius-ne, an levius, heic non queritur; cum satis sit Stoicos ansam quoque hanc invehendi in Epicurum arripuisse; & tantò quidem ardentiùs, quanto ex hoc quasi prætextu proclive fuit facere cæteris in ipsis objectis probabilitatem.

*i. denat.  
Door.*

*adv. Stoic.*

CAPUT.

## C A P U T V.

*Quorsum exinde Epicuro creata, atque propagata  
apud vulgus infamia.*

Item, cum Stoici nihil æquè, ac virtutis nomen in ore habent, quam ipsi possidere se præ cæteris profitebantur: cùm facile virtutis suæ fidem facerent apud vulgus, quatenus illam vultu austero, cute derasa, incessu gravi, habitu incompto, aliisque id genus quasi indiciis præ se ferebant: cùm proinde captata, afflanteque populi aura in Epicurum, ut in authorem, sectatoremq; obscenarum voluptatum, debaccharentur; nihil mirum profectò, si vulgus, cui, ex iis solùm, quæ apparent, omnia judicanti, nihil est facilius, quām quidvis suadere, ac imponere; cui cordi non est ipsam veritatem aut profundius inquirere, aut cum errore, si ille quidem semel placuerit, commutare; nihil, inquam, mirum, si Stoici adeò acriter in id incumbentes, Epicurum fecerint apud vulgus adeò infamem. Cæterum postquam is rumor fuit de Epicuro disseminatus; connutirī illicò cœpit ab ipsis Poëtis (ut citatis ab Athenæo) qui populi captui, persuasionique lib. 3. 7. &c. se accommodantes, Epicurum variis fabellis, scommatibusque impetierunt. Incrementum etiam habuit à Sophistis, & declamatoribus, ut Himerio, & aliis, qui & ipsi populares, nihil magis emphaticum, nihil magis auribus vulgi acceptum fore reputarunt, quām si Epicurum cum spurcissimis quibusque viris compararent. Habuit etiam robur ab illis superstitionum authoribus, è quorum fuit numero apud Lucianum Alexander, qui ut suis artibus authoritatem quæreret, in Epicurum, à quo illæ fuerant explosæ, deblaterabat. Confirmatus quin-etiā fuit à viris aliquin doctis, & non malis, quibus dignum, applausu visum est consilium, si ut horrorem obscenarum voluptatum incuterent, insultam ob illas Epicuro notam, caustico acriore agerent profundius. Seligendi nobis ex iis aliqui; sed priùs tamen dicendum est de quibusdam aliis hominum generibus, qui foverint, adauxerintque occasionem infamie.

*apud Phot.*

*in pseudom.*

Itaque

Itaque triplex quoddam genus hominum semper existit, à quibus mali labes profundius impressa. Unum Pseudo-Epicureorum neque enim negandum est, quin aliqui sèpè fuerint, qui Epicuro, ejusque Sectæ dantes nomina, τοῦ Επίκουρου, seu præter leges ipsius vitam duxerint. Ille sunt, ἐς ὁ γνῶσις Επίκουρος διαγέλειν, quos germani Epicurei Sophistas appellant, ut notavit Laetius; indignati scilicet illos, à laudabili instituto inhonestè desciscere. Eiusmodi fuerunt Alcæus, & Philiscus apud Ælianum, qui Roma pulsi fuisse dicuntur, quod essent turpium voluptatum adolescentibus authores. Non memoro autem quām sèpè societas amplissimæ, cædemque sanctissimæ communaculatæ vulgo censeantur; propter paucorum privatorum, aut singularium etiam vitia. Et in Aut. vit. Lucianus certè, ut Pseudo Epicureos, ita & Pseudo-Platonicos, & Pseudo-Zenonios recenset.

Orat. in Pis. Alterum virorum intemperatissimorum, quibus, cum libidibus suis patrocinium quoddam in Philosophia quaererent, satis fuit se Epicuri Philosophi nomine tueri, à quo voluptas commenda data esset, curantibus parùm qua de voluptate sermo illi fotet habitus. Talis fuit Piso, de quo Cicero: *Itaque admissarius iste simul atque audivit à Philosopho voluptatem tantopere laudari, nihil expiscatus est; sic suos sensus voluptarios omneis incitavit; sic ad illius (præceptoris Epicurei) hanc orationem adhucinit, ut non magistrum virtutis, sed authorem libidinis à se illum inventum arbitraretur.* Gracus primum disinguere, atque dividere illa, que madmodum dicerentur; iste claudus, quemadmodum ajunt, pilam retinere, quod acceperat, testificari, tabulas obsignare velle, Epicurum disertum decernere, &c. Talis Gabinius, de quo idem Cicero, Laudabat, inquit, homo doctus Philosophos nescio quos, nec eorum tamen nomina poterat dicere, sed eos tamen laudabat maximè, qui dicuntur præter cateros, auctores, & laudatores voluptatis. Cujus, & quo tempore, & quo modo, non querebat: *Verbum ipsum omnibus modis animi, & corporis devorabat, eosdemque præclare dicere ajebat.* Sapientis omnia sui causâ facere; Reipubl. capessere hominem bene sanum non oportere; nihil esse præstabilius otiosa ritâ, & plenâ, & confortâ voluptatibus: eos autem, qui discernent dignitati esse serviendum, Reipubl. consulendum, & cetera, vaticinari, atque insanire dicebat.

Orat. pro  
Seni.

Quam-

Quamvis porrò illud verissimè dictum inter cætera à Seneca *lib. de vit. be-*  
*fit. Non ab Epicuro impulsu luxuriantur; sed vitiis dedit, luxuriam suam in at. cap. 12.*  
*philosophiæ sinu abscondunt, & eò concurrunt, ubi audiunt laudari volupta-*  
*tem: Nihilominus notum est nullum argumenti genus appositum*  
*magis ad reprehensionem esse, quām si quis declamat adversus*  
*illam Philosophiam, quam hac ratione possit ut asylum intem-  
perantia coarguere.*

Tertium illorum, qui fronte perfricta, & malignitate quadam  
naturæ, non alio fine currunt ad incendium, quām ut picem,  
quod dicitur, lignaque injiciant. Qui cūm nullam habeant nec  
veri, nec boni rationem, aut boni dissimulant, aut certè extenu-  
ant quicquid præfertur laudabile; avidè arripiunt, si quidquam  
occurrit, quod vituperio dignum videatur. Qui demūl, si de-  
fuerit ansa, comminiscuntur, & divendunt quicquid creat infi-  
miam; ut fecisse haud dubiè debet Theotimus ille, qui cūm li-  
bros aliquot scripsisset contra Epicurum, accusatus propterea fu-  
it à Zenone Epicureo, capiteque etiam mulctatus, quod apud A-  
thenæum est. Ut nihil dicam de Menippo, qui tametsi aliquid  
etiam adversus Epicurum scripsit, studiose tamen nihil egit,  
quod notavit Laertius; sed risu solùm libros complevit: Ut nihil *lib. 3.*  
de Theodoto; cuius citat quidem Laertius librum quartum ex *lib. 10.*  
iis, quos scripsit in Epicurum; sed illum postea cum iis, quos di-  
cit insanire, connumerat. Addo & multa semper fuisse Episto-  
larum Diotimi exemplo jactata ab aliquibus, quasi conscripta ab  
Epicuro; quæ, cūm libri adhuc ipsius exstant, reperta in illis  
non sunt, studiose licet requisita; uti vel ex Theone Sophista in *progymn. 2.*  
*progymnasij matis comprobatur.*

## CAPUT VI.

*De magnis viris in Epicurum non ex rei veritate,  
sed ex vulgari opinione scribentibus, ac  
speciatim de Cicerone.*

lib. 3.

**S**ed ad genus aliud virorum ut redeam, quos & doctos dixi, & bonos; ii quoque nominis sui existimatione, & famâ nocuerunt, dum probitati, honestatique studiolissimè incubentes de Epicuro loquuti sunt, non prout ipsi eum noverant, sed prout ipsum habebat vulgus, cui consultum esse volebant. Ut res innocescat, feligo imprimis treis Authores ex Ethnicis, qui studiosè præ cæteris scripserunt contra Epicurum. Primus est M. Tullius, quem notum est in Epicurum congesisse quâm plurima in libris de Legibus, de Finibus, de Natura Deorum, & aliis in locis. Cum certè amici ipsius ex Epicurea familia sæpiissimè conquererentur, quod præter rei veritatem tam multa in vulgus efferreret; ille nihilominus semper, ut erat homo popularis, populariter loqui maluit. Ecce locum ex Tusculanis, unde id possis conjicere. Negat Epicurus, inquit, jucundè posse viri, nisi cum virtute vivatur; negat ullam in sapientem vim esse fortunæ; tenuem victimum antefert copioso; negat ullum esse tempus, quo sapiens non beatus sit; omnia Philosopho digna; sed eum voluptate pugnantia. Non istam dicit voluptatem: dicat quamlibet; nempe eam dicit, in qua virtutis nulla pars insit. Age, si voluptatem non intelligimus, ne dolorem quidem. Nego igitur ejus esse, qui dolore summum malum metiat, mentionem facere virtutis. Et conqueruntur quidem Epicurei, viri optimi, (nam nullum genus est minus malitiosum) me studiosè decere contra Epicurum. Ita credo, de honore, aut de dignitate contendimus. Mihi sumnum in animo bonum videtur; illis autem in corpore: mihi in virtute, illis in voluptate. Et illi pugnant, & quidem vicinorum fidem implorant; multi autem sunt, qui statim convolent. Ego sum is, qui dicam me non laborare ratum habiturum quod egerint. Quid enim? &c. Vides ergò ut Cicero aureis veluti obturari, ne ex rei potius veritate, quâm ex

ex præconcepta vulgari opinione loqueretur. Sic audivisti illum paulò antè memorare Epicureum quendam circa voluptatem distinguere, ac dividere illa, quemadmodum dicerentur; & ipse tamen non multò priùs: *Audistis profectò dici*, inquit, *Philosophos Epicureos omnes res, quæ sunt homini expetenda, voluptate metiri. Rectè, an secus, nihil ad nos; aut, si ad nos, nihil ad hoc tempus.* Sic alio loco: *Nec ulla tamen ei Philosophie (Epicuri videlicet) fiet injuria à nobis.* Non enim repelletur inde, quò aggredi cupiet: *sed in Horribilis quesct suis, ubi vult; ubi etiam recubans, molluer, & delicate, nos avocat à rostris, à judiciis, à curia; fortasse sapienter, hac præsentim Repub.* Verum ego non quero nunc quæ sit Philosophia verissima; sed quæ oratori conjuncta maximè. Alia id genus proferrem loca; sed sufficiat adddere illud quod aliquando scripsit ad Cassium: *In ista ipsa aëtate (Secta nempe Epicuri) me tuo ne plus nervorum sit, quam ego pararum; si modo eam tu probas. Itemque id, quod de Philone Academicō ait: Nam Philo, inquit, noster ferre non poterat, aspernari, Epicureos molleis, & delicatas voluptates. Nempe, quasi illi aspernarentur quidem, sed simulatè facerent, parùm dextrè id interpretabatur.*

in Pison.

lib. 3. de  
Orat.

lib. 15. famili.

epist. 16.

1. de nat. de  
or.

## CAPUT VII.

## De Plutarcho.

**A** Leer est Plutarchus, cuius filius Lamprias sex prodidit libros adversus Epicurum scriptos; præter duos illos, qui pat. adhuc supersunt in Coloten Epicureum. Tituli fuerunt, πρὸς τὸν Επικούρεον ἀρέσκονταν (&c, ut Stephanus legit) πρὸς θεῶν, in Epicuri autionem de Diis. Επικούρεον διανομέατον, contradictionem Epicurearum. πρὸς Στοιχεῖαν πρὸς Επικούρου χολαι Αγεδονικαί, de eo, quod in nostra potestate situm est, schola Academicā. Οὐ διδόσοντες οἱ Επικεχθροὶ μητῶν λέγοντες, Epicureos, quam pœnas incredibilia dicere. Σπειρᾶν, καὶ Επικεχθροὶ εὐλογαὶ, καὶ ἐλεγχοὶ, Stoicorum, & Epicureorum selectæ sententiae, earumque redargitiones. πρὸς διοδαποριας πρὸς Επικεχθροὺς, de superstitione adversus Epicurum. Quidnam vero in hisce libris aut objecerit, aut

insinuare in Epicuri excusationem potuerit, librorum ja*c*tura di-  
cere non sinit. Nam quem librum adhuc habemus, de Supersti-  
tione, inscriptum? præterquam quod adjunctum illud, *adversus E-*  
*picurum*, non præfertur in titulo, ille sapientem minùs, quām  
Epicurum attigit. Ut ergo potissimum dicam de duobus libris  
residuis, quorum unius titulum fecit, τετρα Κολωνίων ὑπὲ τὸν ἀλλον φι-  
λόσοφον, *adversus Colotem*, de aliis Philosophis; alteri, ἐπὶ τὸν οὐδὲν οὐδὲν εἰδέ-  
ντες εἰς τὸν Επίκουρον. Ne vivi quidem suaviter secundum Epicurum posse: oc-  
casione piumirūm sumpta ab eo libro, cui Colotes titulum fecerat,  
ἐπὶ τὸν οὐδὲν ἀλλον φιλόσοφον διγματα οὐδὲν εἶναι. Ne vivi quidem juxta  
aliorum decretaposse; ut de his, inquam, libris dicam, illud præ-  
mitto, nullum authorem omni memoria extare, quem cum viro  
illo eximio comparandum existimem: ita videtur ubique mihi  
insignem morum suavitatem cum eruditione maxima testari.  
Quod attinet autem ad ea, quæ in hisce libris adversus Epicurum  
urget, existimat, quantum opinor, tum melius honestatis studi-  
um in animis defixum iri, cùm Epicurum calculo suo pergeret fa-  
cere infamem, quem fama jam fecisset authorem nefandæ turpi-  
tudinis. Ego quidem sic sentio, siveque interpretari malo, quām  
cum Agellio dicere, Epicurum carpi à Plutarcho minutè nimis, ac  
propè etiam subfrigidè. Non credes fortasse Plutarchum potius  
ex divulgata opinione, quām ex rei veritate in Epicurum dispu-  
tavisse; sed attende quæso quid habeat posteriore horum libro-  
rum. Nimirūm, postquām attigit dogmata præcipua, ob quæ  
Epicurus, Sectatoresque ipsius male audiunt, cujusmodi sunt, *A-*  
*mīcīs carere, Actione privari, Deum nullum putare, Voluptati indulgere, Res*  
*omneis negligere*; subdit imprimis, ista esse, quæ homines omnes, ipsi ex-  
ceptis, huic Sectæ attribuant. Deinde verò sibi objicit ἀδίκας φίσης  
immerito hoc, dicit aliquis; tum autem ipsemnet respondet: ἀλλο τὸν  
δίξαν, οὐ τὸν ἀλλον συντελεῖ, verumtamen nos opinionem, non veritatem  
attendimus. Vides quām aperte Plutarchus se φιλόδεξον, non φιλα-  
νίον profiteatur, de Epicuro cùm agitur. Vis porrò locum indi-  
cem ex quo videatur major adhuc in illo candor desiderari? Vi-  
dimus jam in relata illa tum ex Cicerone, tum ex Laërtio episto-  
la, quam Epicurus moribundus scripsit, doloribus ipsum suis op-  
posuisse

posuisse animi iudicium, ὅπερ τὸ ψυχικόν καίσην, quod perciperetur ex recordatione suorum olim rationum, ἵνα τὴν γεγονότων διαλογούσαν μήμην. At Plutarchus, ut Epicurum posset felicius carpere, verba detor sit, ac immutavit. Ecce enim in eodem libro Epicurum dolores suos opposuisse scribit τῇ φύσει τῶν δυνατῶν στρέψεις οὐδὲν, perceptarum prius voluptatum memoria. Quo loco iterum notanda vox illa δυνατῶν, siquidem illam etiam Epicurus expressè respuit <sup>apud Laere.</sup> scribens ad Menœcum, cùm perspectum alioquin sit in quām <sup>t. 10.</sup>

malam partem soleat accipi, vel ex eo, quod opponi solet ipsi virtuti, ut cùm apud Aristotelem queritur, sit ne vita juxta virtutem, lib. 1. Top. τῇ φύσει δυνατῶν, jucundior? Exaggerare id non contendo, ne accusare Plutarchum videar; indigitandum tamen censui, ut Epicurus excusaretur. <sup>ad. 5. ¶ set. 28. prob. 3.</sup>

## C A P U T VIII.

## De Galeno.

**T**ertius est Galenus, qui libros proprios enumerauit, sic re- <sup>lib. de libb.</sup> censet eos, quos specialiter adversus Epicurum scripsit, pro- <sup>τῷ περὶ τὴν πάθη φιλοσοφίαν αἴγαντα, De iis, quae ad Epicuri Philosophi- am pertinent. τοὺς τὸν Επίκουρον οὐδαιμόγοις καὶ μακελεῖ βια, β'. De beata, an felici secundum Epicurum vita, libri duo. τοὺς τὰς τὸν Επίκουρον αἱρέσιν ηδονᾶς, β'. De eo, qui iuxta Epicurum est voluptatis expers, duo. ὃν τὰ ποιητικὰ τὸν ηδονῶν εἰδικῶς Επίκουρον λέλεκται, ε'. Quod ea, quae voluptatem creant imperfecte sint ab Epicuro expressa, unus. Τὰ τοῦ τὸν ηδονῆς αἱρέσιος, De Se- cta voluntaria. Εἰς φιλολογίαν κοινωνίας τὸν ηδονῆς φιλοσοφίας, ἢν de iis, quae ad Sophistas spectant, unus. Μητροδόλης ἐπιστολὴ τοῦ Κέλεων Επίκου- ρεος, Metrodori Epistola ad Celsum Epicureum. Επιστολὴ Παδίνπαιος Επίκου- ρεος, Pudentiani Epicurei Epistola. Cùm hujusmodi porrò libri desiderentur, plurima tamen adhuc leguntur in libris superstitionibus, quae Epicurum feriant. Cur autem Galenus, vir tantus, adeò male animatus in Epicurum fuerit, occasionem factam opinor,</sup>

quod malè affectus erga Asclepiadem, qui Hippocraticam medicinam penitus subruerat, viderit Epicurum esse, ex quo Asclepiades sua principia desumpsisset: tametsi Sectæ Princeps fieri, ut ambitiosus erat, vellet. Jam ut videoas Galenum quoque aliud de Epicuro scisse, evulgavisse aliud; Nō rat imprimis Epicurum in descriptione viri sapientis, quæ exstat adhuc apud Laëtium, venereorum usum damnasse. Nimirum cùm aliis locis suo tempore referendis, tum præsertim in librum tertium Epidemiorum Hippocratis scribens, hanc inde desumpsit Epicuri sententiam;

*comment.* 1. μηδέποτε πλὴν ἀφελεῖ τὸ φρεστὸν χρῆσθαι, ἀμαρττόν δὲ εἰ μὲν βλάψθει, Nihil unquam prodeſſe venereorum usum; prælare agi, si nihil noceat. Quin ex eadem consequenter descriptione noverat, eum, qui sapiens fuerit; amore captum non iri; quæ Epicuri sententia, est deinde mirè a Lucretio amplificata. Sed & scrutator adeò curiosus Epicureorum operum ignorare non poterat, quod citatum superius

*apud Laert.* est ex Epistola ad Menœceum, de suavi vita, quam non puerorum, mulierumque fruitio pariat, non piscium usus, &c. quæque omnino separari à virtutum choro non possit. Nisi verò id ex illa Epistola cognoverat, ignorare saltem non poterat ex ratis sententiis, apud omnes notissimis, quarum aliquæ Galeno interdum citantur, & ex quibus occasio sumpta conscribendi librum illum, εἰ η φυτολογία χερσού, &c. Nempe & in ratis sententiis habetur, πινι non posse suavitatem, ἀνδρεῖ φρεστόν, καὶ καλῶς, &c. Cùm Galenus ergo hæc non ignoraret, in libris tamen de placitis Hippocratis,

*lib. 5. cap. 9.* & Platonis, distinxit primum tria quædam tribus animæ partibus accommodata, seu familiaria, voluptatem concupiscenti, victoriā animos, honestatem ratiocinanti, ac deinde subjunxit, Epicurus quidem solum id, quod pessime anime parti est familiare, spectavite (voluptatem videlicet) Chrysippus vero id, quod optima, afferendo nos conciliari πρὸς μόνον ὅπις καλῶς, ad id solum quod est honestum. Quasi scilicet Epicurus aut honestatem abjurasset. ὅπις καλῶς εἰ, aut nullam, nisi indecoram voluptatem affectavisset? Sic alio loco de facultatibus naturalibus scribens, & Epicurum præserit, ejusque Sectatores notans: Ex horum, inquit, sententia nulla est intelligentia animæ congenita; nulla ratio consequentias, repugnantes, divisiones, compositiones, rerum

*lib. 1. cap. 12.*

rum justarum, injustarumque ; honestarum, ac turpium : sed ex sensu, & per sensum fieri dicunt in nobis omnia, & imaginationibus quibusdam, memoris que regi animalia. Ad hanc, nullam in anima, quam ratiocinemur, facultatem esse, sed sensibus, passionibusque pecorum ritu duci nos, cum scilicet renuere, respuerere nihil possumus. His authoribus, Fortitudo, Prudentia, Temperantia, Continentia, mere sunt nuga. Sic rursus alias, licet nomen Epicuri reticeat, haud obscurè tamen in illum insultat, ut constat ex iis, quæ super à attigimus ex Suida, & ex opinione circa usum partium suo loco commemoranda. Attende jam, inquit, in lib. 3. de us. utram familiam, qui in hisce libris versatis, cooptari debeas, Platonisne, part. cap. 10. Hippocratis, ceterorumque virorum, qui opera natura suspiciunt ; aliorum, qui eam reprobent, quod non statuerit, ut per pedes excrementa effluenterent. Diffubebat enim adeò deliciis, qui dicere hac mihi est ausus, ut grave esset ipsi lecto surgere ad exonerandum ventrem. Praestisset nempe hominem ita comparatum esse, ut sola pedis exprorectione excrementa secereret. Quid hunc vel pati, vel agere existimes, cum solus est ? quas exercere contumelias in omniis parteis corporis ? quomodo depravare, & corrumpere pulcherrimas anima doteis ? qui nempe mutant, & cœcam faciliatem diuinam fecit, quam sola homo potis est veritatem contemplari ; inexplicabilem vero voluptatem magnam reddidit, ac potentem, qua prater legem, ac injustè exercet tyrannidem, quæque vim & pessimam, & maximè ferinam habet. Sic ille.

## CAPUT IX.

*De sanctis Patribus, ac nominatim Clemente,  
Laclantio, Ambrofio.*

**E**X his jam intelligi licet, quid agere potuerunt, debuerintve Ecclesiæ patres, quibus studium incubuit, & veritatis eminentioris, & honestatis augustioris. A quoque certè in Epicurum esse non potuerunt, quam authores Ethnici ; cum præsertim magna ex parte ipsorum Epicuri libros, ut apparet, non viderint : Neque

Neque verò etiam debuerunt; cùm potissimum Epicurum talem esse crediderint, qualis vulgò depergetur. Cæterum, quod etiam aliqui ex iis, quos germana Epicuri scripta minime ignorasse constat, præ servore aliquando, quo virtute in populis persuadere conabantur, juxta rumorem popularem in Epicurum dixerint, manifestum facient seligendi tres, unus ex Græcis, duo ex Latinis.

lib. 4.

lib. 2.

cap. 7.

Ille est Clemens Alexandrinus, qui, ut erat pereruditus, ita legerat sanè illam ad Menecceum epistolam, in qua Epicurus nihil magis, quam voluptates obscenæ exhorret, ut ex relatis mox antè constat. Legisse argumento est quod bonam Epistolæ partem in suis habeat Stromatis, ac præfationem illam imprimis, Μέντης τοις αὖτε περισταθέντες, μάλιστα γέρεαν ὑπάρχουσαν προστάται φιλοσοφῶν. Στέργονται δέ εἰδεις ἐπι, στέργονται πρὸς ὅπεραν Φυγὰν οὐγίανος, &c. Neque juvenis quis existens philosophandi moram trahat: neque senex cum fuerit, philosophando defasigeret. Ad animæ quippe sauitatem neque immaturum, neque intempestivum est quisquam, &c. Et tamen illam Epicuri de voluptatibus sententiam, velut non advertens, aut dissimulans, Epicurum perinde notat, quasi decernentem beatam victoriam, seu felicitatem, non ut hominum ratione præditorum, ac philosophorum; sed ut quorundam pecorum vicitantium stercoribus. Legerat quin etiam recitata illam ex Galeno de venereorum usu Epicuris sententiam; quippe in suo Pædagogo illam retulit, ac iisdem quidem proximè verbis, quibus exstat apud Laërtium; Sed certo tamen consilio Epicuri nomen reticendum censuit, dicere contentus, οὐ γεννᾶς τοι εἰ γενίκας φιλοσοφίας θεωρεῖς οὐδὲ τοι, οὐ γεννᾶς τοι εἰ μη ιθλατής, Benè ergo quispian dissiſſe videtur, venereorum usus prodest nemini; ac præclare agitur, nisi etiam noceat. Quare & minus miraberē, si cum talia dissimuleret, dicat nihilominus Epicurum veritatem posthabere voluptati, & bonam carnis constitutionem deſificare, aliaque id genus, quæ profecto cognoverat ab Epicuri mente aliena.

Ex istis unus est Lactantius, cuius cùm libro tertio Institutiorum verba sunt, Epicurus summum bonum in voluptate esse censem, Aristippus in voluptate corporis, &c. mirum quo modo eodem libro verba deinceps hæc habeat, verū ille fortasse impiunitatem vitij suis spondit (de Epicuro loquitur) fuit enim turpissima voluptatis aſſeror, cuius capienda cauſa nasci hominem putavit.

Alter

Alter Divus Ambrosius, qui cum in suis epistolis illam etiā *M. 3. ep. 25.*  
 partem, citatæ ad Menœcum Epistolæ, quæ de voluptate est,  
 proferat, Etenim, clamat ille, inquit, quia non potationes, neque  
 confessiones, neque filiorum soboles, nec faminarum copula, nec pisi-  
 um copia, aliorumque hujusmodi, que splendido usui parantur convivij,  
 suavem ritam faciunt; sed sobria disputatio, &c. Cum etiam ibi-  
 dem vir sanctus hoc addat de Epicuri sectatoribus, quod illis, non  
 immoderatae epule, non potationes voluptatis suavitatem generant, sed  
 continens vita: Nihilominus idem sanctus Præful exaggerat ali-  
 bi Epicuri scholam dirumpi corporis delectatione, & Epicureos afferen- *lib. 2. de*  
*teis sumnum bonum voluptatem esse, estimare magis illam inquinamen-* *Abrab.*  
*to corporis, quam sobrietate mentis, & similia. Sed heic istorum* *cap. 1. & 11.*  
*modus esto.*

K

LIBER

## LIBER QUARTUS.

DE OBJECTA  
EPICURO IMPIETATE.

## CAPUT PRIMUM.

*Epicurus arguitur, quod Deum aut non prorsus,  
aut simulatè coluerit.*

**N**unc ut præcipuas attingamus in Epicurum criminationes, exordium facimus ab ea, quæ est omnium gravissima, nimirum circa impietatem. Tametsi porrò quæ præcipua objicitur impietas ad doctrinam spectet, de qua seorsim dicendum est; non desunt tamen qui mores etiam, de quibus jam agimus, impietate sua notent; seu Deos, seu patriam, parentes, ceterosque respexeris. Ac primùm quidem Seneca ex opinione ejus deducit, quod vereri Deum non debuerit. En illius verba: *Tu Epicure, Deum ineremem facis; omnia illi tela, mne detraxisti potentiam, & ne cuiquam timendus eset, projecisti illum extra murum.* Pergit: *Hunc igitur septum ingenti quodam, & inexplicabili muro, disjunctumque à conspectu mortalium non habes quare verearvis.* Nulla illi nec tribuendi, nec nocendi materia est. Senecæ Cicero consentit; Nam, quamobrem, inquit, *Dij colendi sint, non intelligo, nullo nec accepto ab ijs, nec sperato bono.* Videlur proinde Plutarchus non immerito Epicuro, censoribusque objicere, quod aboleant sacrificia, mysteria, pompas, festos dies; quodque proinde admittant que sacra sunt debita Baccho, ceterisque Diis, seu servatoribus, seu nuptiarum praesidibus, seu alii. Sic Athenæus: *Apud Epicurum, inquit, non libatio, von primitiæ Diis offeruntur; sed quod de indecora quadam muliere Simonides dicit;*

Non

lib. 4. de b.  
nef. cap. 19.lib. 1. de nat.  
Deor.lib. 1. adv.  
Col.lib. 4. cap.  
27.

*Non immolatas saepe victimas vorant.*

Deinde, quamvis Epicurus visus fuerit Deos colere, hypocritis tamen, seu simulationis impietas inuritur. Hac de re ecce Plutarchi locum: *Precationes, inquit, & adorationes, non ut quidquam his indigens, sed pra multitudinis metu simulat, vocesque contrarias iis, quas inter philosophandum ederet, pronunciat.* *Ac sacrificans quidem mactanti sacrificulo, ut coquo assit, sacrificio tam n peracto discedit, illud submurmurans: quod quidem hominem oportuit facere, sacrum feci; verum amen diis ad me nequaquam advertentibus.* Ita scilicet Epicurus fingendum esse existimat; neque invidendum esse, aut infensum fieri vulgo hominum, qui cum gaudio peragunt ista. Haec nus Plutarchus, qui & postmodum ubi ostendit nec Epicurum, nec Epicureos superstitionis feliciores esse, quatenus sacrificis, mysteriisque, necessitate compulsi, assistunt, subjicit, illos id agere timenteis, & expavescenteis, ne detegantur, atque idcirco cum fallacia populo imponere; apud quem etiam libros de Deo, naturaque divinâ componant, in volutos illos, nihilque bona frugis continenteis; dum opiniones interim suas omnimodè seu super vestiunt, ac propter metum operiunt. Ex hoc est, cur apud Lucianum, cùm Epicureus Hermon insinuasset honorem sibi aliquem, quod esset Sacerdos, deberi; Zenothemis Stoicus id cum risu exceperit, quasi factum prorsus foret Epicureum Sacerdotem esse.

lib. 2. adv.  
Col.

## C A P U T II..

*Itemque quòd se, & suos Sectatores in Diis haberi voluerit.*

**S**equitur alia impietatis species. Videtur enim Epicurus Deos è mundo sustulisse, ut sese quasi novum quemdam Deum mortalibus invehheret, & quos liberet faceret Deos. Siquidem Plutarchus commemorans illam Colotæ adoracionem, quā Epicurum de natura differentem prosequutus fuerat: Epicurus ipse, inquit, gloriabundus ~~et rursum ad nos~~, sic illam describit; <sup>l. 1. adv. col.</sup> <sup>ds</sup>

lib. i adu.  
Col.

ος εισερχόμενος οὐδεὶς ποτε οὐφίη μάλα λεγόμενα προσπέσσειν οὐτιθύμημα διφυτολόγητον οὐτιπεριπλακοῦσαν οὐρανόν, γενετικήν θεωρίαν, καὶ πτώσην τοῦ εἰδισθρόνος οὐτιλύφεος γινόμενα, καὶ τὰς οικάρεις θυμάς, καὶ λίτες. ἐπίσης εὖ (Φοῖς) καὶ ίματος αὐτιδεργῶν σεμνότερος, καὶ αὐτιολέσχαι. Tibi enim, tanquam venerantii ea, que tum anobis dicebantur, incessit cupiditas, caussam non habens naturalem, ut genua attingens nos complectenteris, & quicquid usū pari solitum est circa cultuum adorationes, precationesque exhiberes. Quo effecisti, inquit, ut & nos te vicissim sacrū deputaremus ac veneraremur. Et paulò post: αὐτοφρεγός μοι περιπάτει (Φοῖς) καὶ ιμάς & φθεγγός, incorruptibilis perge, inquit, nosque incorruptibileis etiam reputa. Ex quo Plutarchus censet ignoscendum iis, qui dicunt se quovis pretio spectaturos Tabulam, in qua ille quidem exhiberetur procidens, genuaque complectens; iste verò reciprocè & supplex, & venerabundus. His adde, quod idem Plutarchus ab Epicuro ad Idomeneum scriptum fuisse commemorat, πίμπε εἰς ἀπομένας ήμερας τὸν οὐρανόν τούτον τοῦ πατέρος θεωρεῖν. Itaque mitte ad nos primitias ad sacri hujus corporis cultum. Enī ut affectarit honores divinos. Quin affectasse quoque videtur, dum tot ceremonias in sui memoriam testamento fieri mandavit, ac id comprobante præsertim successu, cùm Señatores ipsum inter Divos collocaverint, & celebreis effecerint Σενοντοδότας οὐρανούς, eingredias superstitioso ritu cultas à se dies vigesimas, ut apud Laertium Menippus objecit. Quod porro inter Deos relatus à señatoribus fuerit, declarat abunde vel unus Lucretius, haec enim de illo profatur:

lib. i. init.

*Quis potis est dignum pollenti pectore carmen  
Condere pro rerum majestate, hisque repertis;  
Quisve valet verbis tantum, qui fundere laudes  
Pro meritis ejus possit, qui talia nobis  
Pectore parta suo, quæstaque præmia liquit?  
Nemo, ut opinor, erit mortali corpore cretus.*

*Nam si, ut ipsa petit majestas cognita rerum,  
Dicendum sit, Deus ille fuit, Deus, inlute Memmi,  
Qui princeps vite rationem invenit eam, que  
Nunc appellatur sapientia, quique per artem  
Fluctibus è tantis vitam, tantisque tenebris  
Intam tranquillo, & tam clara luce locavit.*

*Neque*

Neque verò est cur Lactantius existimet Lucretium laudare hoc loco voluisse aut Pythagoram, aut Thaletem; Siquidem satis manifestè Epicurum indicat, dum commendationem concludens, hæc habet:

*Quo jus ego in ingressus, vestigia nunc rationes  
Persequor, ac doceo dictis, quo quaque creata  
Fædere sint, &c.*

Quod denique Epicurus Sectatores suos facere Deos voluerit, confirmare videtur, tum quod ille scripsit ad Meneceum, *for-  
re, ut suis preceptis parens viveret ut Deus inter homines, ζητησάς θεός αὐθεό-  
νος*: tum quod Plutarchus proprium fuisse Epicureorum afferit, ut sese Deorum æqualeis jactarent.

## C A P U T III.

*Declaratur ut Epicurus censi possit legitimè  
coluisse naturam diuinam.*

Am, cùm elevare aggrediar quæ Epicuro objiciuntur, absit 2- liâ mente id præstem, quâm exercitationis gratiâ. Neque enim si ille fuit, ut esse potuit, impius, malignus, aut alia ratione vitiosus, ego is sum, qui patrocinium ipsius mordicûs suscipiam, & vel fuso facto, exstisile pium, bonum, temperantem defendam. Quin- etiam, si quando perspicuum evadat ea, quæ objiciuntur, calumnias non esse, ac ipsum reverâ peccasse, neque reprehendi injuriâ, non ero sanè ipse postremus, qui accusationem instituam, (uti & instituo in illis doctrinæ capitibus, in quibus perspicue errasse eum constat) cùm & jam dumtaxat excusationem texam, quod ille videatur præter fas, & æquum, nisi in rebus omnibus, at certè in quâm-plurimis, meâ sententia reprehendi. Itaque rei veritate salvâ per me, ac integrâ, explicationes solummodo, atque conjecturas propono, quæ nisi moveant ceteros, mihi tamen bona fide agenti probabilitatem inducunt. Quod spectat sanè ad rem præsentem, moveor loco illo Laërtii, quo *af- lib. 10.  
sedius*

fectus pietatis Epicuri erga Deos, ineffabilis fuisse dicitur, *τὸν μὲν γὰρ τὸν περὶ τὴν ἀνθρώπους ἀλληλεγούσην θεόν*. Moveor, quod in ea civitate, in qua Epicurus incolumis vixit, &c., ut adnotavit D. Augustinus, gloriā etiam floruit, adeo malè nūc tarentur quotquot ex Philosophis, vel leviculam impietatis suspicionem exhiberent, ut exemplo esse possunt Anaxagoras, Protagoras, Socrates, & florente iam Epicuro, ipse Aristoteles. Tum, ut objectis satisiat, hærendum in eo non opinor, an Epicurus Deum coluerit; id disquirendum potius, an se in cultu naturæ divinæ exhibendo ritè gesserit. Principio vero nemo dicat exigendum ex ipso cultum, quem solum temporibus illis profitemur verum fuisse, ac legitimum, Judæis scilicet præscriptum: siquidem qui exigeret, Platонem, Zenonem, cæterosque omneis Epicuro faceret pareis. Quocirca inspiciendum restat, quid in communia tam Epicuro quam cæteris caligine, decuerit magis naturam divinam. Circa hoc porrò, vide ut etiam nostris hisce temporibus de pietate philosophemur; & Epicurum præ cæteris, quotquot ipsum reprehendunt, maximè pium forte compieres. Duplicem solemus assignare causam, quare Deum homines colant: Unam dicimus excellentem, supremamque Dei naturam, quæ seipsâ, & sine ullo ad nostram utilitatem respectu, cultus, ac reverentia dignissima sit: Alteram, beneficia, quæ Deus seu bona largiendo, seu à malis avocando, aut contulerit, aut, quod magis movet, collaturus sit. Heinc, si quispiam ad Deum colendum priore causa allicitatur, hunc se affectu verè filiali componere asserimus; sin posteriore, profus servili. Et quamvis honor, amorque servilis, non sit omnino improbandus, ac ne præsertim in Benefactorem ingrato simus animo; nemo est tamen qui sustineat filiale non longè præstare, quod is exhibetur ob ipsummet Deum, cuius sanè altaria aliunde frigerent, si dominante affectu servili, homines nihil ab ipso, (quantumcumque excellens fore) aut acciperent, aut metuerent. Jam cum Cicerio, Seneca, & alii affectu planè servili ducti fuerint, quid-nam aliud Epicuro reliquum fecerunt, quam ut filialis ejus pietas (non illa sanè supernaturalis, seu ex gratia justificante, secundum quam filii Dei nominantur, & sumus; verum naturalis, & quam recta ratio

ratio suggestit, secundum quam etiam agnoscitur Deus ut pater  
 ut, inquam, ejus pietas magis, magisque commendaretur. Ci-  
 cero sic instat: *Quid est, cur Deos ab hominibus colendos dicas, cum dij non lib. i. denat.*  
*modo homines non colant, sed omnino nihil current?* Pergit: *Quae porro Deo.*  
*pietas ei debetur, à quo nihil acceperis? aut quid omnino, cuius nullum meri-*  
*tum sit, ei debere potest?* Agnoscis ut alium, quam servilem cultum  
 Cicero non probaverit: At filiale in Epicuro non probavit ille  
 quidem, sed tamen non ignoravit. Quippe Vellejo pro Epicuro  
 respondentе, inter cetera hanc rationem audiit: *Habet veneratio-*  
*nem justam quicquid excellit.* Seneca autem sic quidem urget: *Atqui ibid.*  
*Deum, Epicure, Deum vis videri colere, non aliter, quam parentem?* *grato,* lib. 4. de be-  
ui opinor, animo. *Aut, si non vis videri gratus, quia nullum habes illius be-* nef. cap. 19.  
*neficium, sed te atomi, & iste mita tua sorte, ac temere congregaverunt, cur*  
*colis?* Verum cum solam reverentiam servilem Seneca agnoscat,  
 nonne filiale in Epicuro, vel nolens, satis indicat, cum ab ipso  
 Deum, tanquam parentem coli dicit? *Quid quod Epicurus statim* loc. cit.  
 à Seneca inducitur Deum colere, nulla spe, nullo precio induxit; *sed pro-*  
 pter ejus maiestatem eximiā, supremamque naturam? An-ne pietas E-  
 picuri fieri poterat commendatior.

## C A P U T . I V .

*De superstitiosis ritibus ab Epicuro contemptis,*  
*& de objecta simulatione.*

**Q**uod Epicurus libationes, primitiarumque oblationes in suo  
 convivio neglexerit; quod festa, aliaque id genus (quan-  
 quam doctrina potius, quam exemplo suo) abolere curaverit, non  
 videtur esse cur vitio vestamus. Profectò nemo negaverit, quin  
 alia religio sit pura, & alia spuria, quæ supersticio proprio nomine  
 dicitur, nemo consequenter, qui, cum illam probet, improbare  
 istam non debeat. Quid-nam verò aliud egit Epicurus? Obser-  
 vavimus ut contenderit religionem puram amplecti; quod si a-  
 liunde vel contemptit, vel etiam radicis convellere induit ritus  
 illos

illos, ac cæmonias, quæ sincerum in Deum affectum prorsus opprimentes, crucem præterea mentibus figunt; nihil sanè voluit aliud, quam improbare superstitionem. Plura sunt de his suo loco dicenda. Adio heic solum, si hac ratione repurgavit Epicurus superstitionibus homines: si & cultum illum neglexit, & Deos illos sustulit, putà Bacchum, & cæteros, quos neq; nos probare debemus, neque ferre possumus; traducere autem curavit exemplo suo homines ad cultum veræ divinitatis (etsi aliunde, quia homo fuit, neque iis, quibus nos jam, illustratus luminibus, non attigerit unde-quaquescopum) quamobrem à nobis dicitur ex hoc capite culpam contraxisse? Admoneo proinde, non de vera Religione, sed de spuria, seu superstitione intelligendum Lucretium, cum ab Epicuro instructus concludit:

*Quare Religio pedibus subjecta vicissim*

*Obteritur; nos ex aquat victoria celo.*

Nempe & statim profert exemplum superstitionis, ac nefarii immolandorum hominum ritus:

— *Sapius olim*

*Religio peperit scelerosa, atque impia facta,*

*Aulide quo pacto Trivii Virginis aram*

*Iphianassai turparunt sanguine fæde*

*Ductores Danaum delecti, prima virorum.*

*Cui simùl insula virgineos circumdata comitus*

*Ex utraque pari malorum parte profusa' sit,*

*Et moestum simùl ante aras adstare parentem*

*Sensit, & hunc propter ferrum celare ministros,*

*Adspectuque suo lacrimas effundere civeis;*

*Muta metu terram genibus summissa petebat;*

*Nec misera prodesse in tali tempore quibat*

*Quod patrio Princeps donarat nomine Regem;*

*Nam sublata virum manibus, tremebundaq; ad aras*

*Deducta' sit; non ut solemni more sacrorum*

*Perfecto, posset claro comitari hymen eo:*

*Sed casta inceste nubendi tempore in ipso*

*Hostia concideret mactatu mostri parentis,*

*Eximus*

*Exitus ut classi felix, faustusque daretur.*

*Tantum Religio potuit suadere malorum?*

Superstitiosa videlicet. An quæ Diis alioquin fuissent offerenda, Epicurus præ intemperantia devoraverit, dijudicandum est ex iis, quæ dicentur inferiūs.

Circa objectam simulationem, is non sum, qui tueri velim simulatè eum nihil egisse; unus, qui corda, renesque scrutatur, scire id potest, ac dicere. Dico solum, si Epicurus quibusdam Religionis patriæ interfuit cæremoniis, quas mente tamen improbaret, videri posse illi quamdam excusationis speciem obtendi. Intererat enim, quia jus civile, & traquillitas publica illud ex ipso exigebat: Improbabat, quia nihil cogit animum Sapientis, ut vulgaria sapiat. Intus, erat sui juris; extra, legibus obstrictus societatis hominum. Ita persolvebat codem tempore quod & aliis debebat, & sibi. Ac fateor quidem veracitate, non in verbis modò, sed etiam in actionibus nihil esse posse laudabilius: Quid facias tamen, ubi spectâris hominem extra Religionem, in qua debemus cogitatione, verbo, opere consentire? Pars hæc tum erat Sapientiæ, ut Philosophi sentirent cum paucis, loquerentur verò, agerentq; cum multis. Sanè enim quod Epicuro, Epicureisq; objectum à Plutarcho est, aliis propè omnibus Doctores nostri objiciunt; exempli causa, Origenes, qui in hac ipsa seu stultitia, seu *adv. Cel.* impietatis specie copulat non semel Peripateticos, & alios. Quod quidem attingo, ut intelligas Epicurum nihil peccasse, quod alii non peccaverint. Quanquam nescio quispiam-ne sit, qui cum cæremonias illas improbet, existimet tamen debuisse ab Epicuro probari? Id, quod Plutarchus urget de turbata Epicuri felicitate ob necessitatem, & metum, declarandum alio est loco, ut & cætera quæ exaggerantur. Illud Hermonis, si nihil aliud, saltem indicat ejusmodi fuisse Epicureos habitos, à quibus Sacerdotium, cultusque Deorum non foret alienus.

## C A P U T V.

*Affectarit-ne honores divinos?*

SEQUITUR quod Plutarchus urget circa Colotæ adorationem. Attamen, quis non heic pervideat tam puerilem commentationem, ut refutatione non egeat? Epicurus Deos ex omnium sententia extra hunc mundum constituebat; ipse se vero intra hunc mundum non ambigebat degere. Deos docebat experteis esse ortus, atque interitus; ipse se non corpore modo, sed & animo praedicabat esse ortui, ac interitui obnoxium. Quomodo se ergo pro Deo habere, aut incorruptum reputare? quomodo ceteros mortaleis divinæ esse conditionis existimare poterat? Et dicere quidem posset aliquis hac in re ipsum delirasse, ac sibi ipsi contradixisse: verum ex iis, quæ sequentur facile erit colligere aliam fuisse viri gravitatem, modestiam, sapientiam, quam ut nugaretur tam anileis nugas. Quare cum tam multa Epicuro fuerint affecta à Stoicis, ut ante obseruavimus; quis non credat hanc Epicuri ad Coloten Epistolam in suppositiis habendam? Negare quidem noluerim, quin Colotes aliquando præceptoris sui doctrinam miratus, ipsum ad genua complecti potuerit: quin Epicurus vicissim, quasi sese excusando, quod modesti facere solent, complexus illum fuerit; sed actio hujuscemodi ansam præbere non debuit commentis illis subtexendis. Prætereo Epicuri factum, ubi concessum fuerit, elevari posse, si dicas Epicurum voluisse duntaxat commendare Colotæ affectum, quasi scilicet entusiasmo quodam, ad sapientiam fuisse correptus: Si defendas non propterea opinatum fuisse Epicurum divinos sibi honores delatos (nisi quis censeat quotquot patiuntur sibi deferri complexiones, genuflexiones, aliaque hujusmodi, quæ, tametsi alio affectu, ad Deum eriam deferri norunt, usurpare sibi velle honores, qui divini sint:) Si incorruptibilitatem illam, aut pro nominis immortalitate accipiendam esse sustineas; qualem Metrodorus post se, postque Epicurum vitâ funestos, Seneca testante, præsensit; aut pro

pro ipsam possessione bonorum immortalium, cuiusmodi virtutes sunt; sic enim sumpsit Epicurus, ut referetur paulò post, in Epistola ad Menœceum. Hæc inquam prætero, cum dicere præstet, & verisimilius sit, rem fuisse confitam, & à Plutarcho, ut ille erat, ex suprà dictis, animatus, pro vera fuisse divenditā. Quod idem dicendum de primitiis ad cultum sacri corporis ab Idoineo postulatis. Ad illud de impensis, & celebritatibus, quas in sui honorem haberi Epicurus testamento cavit, respondere facile est, nihil ipsum propterea divinum appetuisse, sed honores tantum quosdam solitos deferri viris bene merentibus. Is mos olim fuit, ac jam perseverat, ut, pro innato famæ appetitu, quisque mandet aliquid in sui commendationem post obitum fieri, seu illud funera attineat, seu sepulchra, seu statuas, seu annuas commemorationes, seu largitiones nataleis, seu similia, quæ varia sunt pro personarum, temporum, & locorum varietate. Epicurus quid tale fecit: an potest quispiam illum damnare, nisi statim damnat magnos viros, qui fuerunt & priscis, & nostris temporibus? Ut Epicuri avum attingamus, nonne, si ille quidpiam de celebritatibus mandavit, ipsis etiam Aristoteles, Theophrastus, Lycon, & alii de statuis sibi ponendis mandarunt? An dices videri fuisse modestiores apud Laert. l. 5. Lyconem, Strabonem, & alios, qui circa celebritates suis successoribus nihil præscripserunt; sed mandarunt solum ut funera sibi nec illiberalia curarentur, nec superflua? Ut dicam sanè quod res est; videntur illi fuisse hac in re Epicuro longè vaniores. Et norant enim se ob hanc speciem moderationis laudatum iri, & sperabant majores sibi honores ex illa indefinitione à successoribus deferendos, quam fuisse ausi præscribere: cum Epicurus ex opposito, nihil aliud verbis, aut votis ostendens, quam animo conceptum haberet, simplicissimè egerit. Prætero autem Epicurum videri potius prospexit suis successoribus, quam respexit ad se ipsum, dum conventus illos instituit. Certè grata illa ejus recordatio cum liberali convictu, non postremum fuisse videtur demulcendæ Sectæ condimentum. Quid de Menippo sentiendum sit, ex superiori libro constat.

## CAPUT VI.

*Quoniam sensu Lucretius dixerit Epicuri-  
rum Deum.*

**Q**UOD ad Lucretium attinet, nemo dicat illum censuisse Epicurum reverâ Deum: cum & mortuum depraedetur, & nos exemplo ejus monuerit, ut fortiter mortem appetamus. Poëticè ergo loquutus est Deum insinuans Epicurum ea ratione, qua hominum vulgus illos pro Diis habet, qui de genere humano fuerunt bene-meriti. Ut enim Plinius alicubi, *Deus est mortali, juvare mortalem*: ac statim: *Hic est retutissimus referendi benemerentibus gratiam mos, ut tales numinibus adscribantur.* Cum itaq; homines in Deos pridem retulissent Bacchum, Cererem, Herculem, Theseum, qui suis inventis, ac laboribus generi humano non parùm profuerint, existimavit Lucretius Epicurum potiōri jure Deorum numero adscribendum, hoc est, habendum esse ut virum beneficium, & celebrandum, quod Sapientiam ad invenisset, ex qua ampliores utilitates promanarent ad homines. Sed reticendi versus non sunt, quos ille superius objectis attexuit. Isthaec nimirum subjiciuntur:

lib. 5.

*Confer enim divina aliorum antiqua reperta :*  
*Namque Ceres fertur fruges, Liberque liquoris  
 Vitigeni laticem mortalibus instituisse ;*  
*Cum tamen his posset sine rebus vita manere :*  
*Vt fama 'st aliquas etiam nunc vivere genteis.*  
*At bene non poterat sine puro pectore vivi ;*  
*Quò magis hoc meritò nobis Deus esse videtur,*  
*Ex quo nunc etiam per magnas didita genteis*  
*Dulcia per mulcent animos solatia vita.*

Comparationem habes inventorum Cereris, & Bacchi cum Epicurea sapientia; accipe jam comparationem laborum Herculis cum eadem similiter exsuperante;

Hercu-

Herculis antistare autem si facta putabis,  
Longius à vera multò ratione ferre.  
Quid Nemeus enim nobis nunc magnus hiatus  
Ille Leonis obeset, & horrens Arcadius sus;  
Denique quid Cretæ Taurus, Lernaaque pestis  
Hydra venenatis posset vallata colubris?  
Quid ve triplex ora ter-gemini vii Geryonai?  
Et Diomedis equi spirantes naribus ignem,  
Thracen, Bistoniasq; plaga, atq; Ismara propter  
Tant operè officerent nobis? uncisque timenda  
Unguis Arcadia volucres Styphala colentes?  
Aureaque Hesperidum servans fulgentia mala,  
Asper, acerba tuens, immanni corpore serpens,  
Arboris amplexus stirpem: quid denique obeset,  
Propter Atlanteum littus, pelagique severa,  
Quò neq; noſter adit quisquam, neq; Barbarus audet?  
Cetera de genere hoc que sunt portenta perempta,  
Si non victa forent, quid tandem viva nocerent?  
Nil, ut opinor, ita ad satiatem terra ferarum  
Nunc etiam scatit, & trepido terrore repleta sit  
Per nemora, ac monteis magnos, sylvaq; profundas,  
Qua loca ritandi plerumque sit nostra potestas.  
At nisi purgatum sit pectus, qua prælia nobis,  
Atque pericula tunc ingratius insinuandum?  
Quanta & considunt hominem cupedinis acres  
Sollicitum cura, quantique perinde timores?  
Quid ve superbia, spurcitas, petulantia, quantas  
Efficiunt cladeis? Quid luxus, desidieisque?  
Hec igitur qui cuncta subegerit, ex animoque  
Expulerit dictis, non armis; nonne decebit  
Hunc hominem numero Divum dignarier esse?

## C A P U T VII.

*Quo sensu Epicurus suos quasi Deos esse  
voluerit.*

*apud Laert.  
lib. 10.*

Pari jam modo, cùm Epicurus Sectatores suæ sapientiæ quasi Deos quosdam futuros afferuit, ridiculum foret putare, illum ad germanam naturæ divinæ conditionem attendisse. Nimirum eā solum fuit mente, ut cùm naturam divinam describeret ex felicitatis, immortalitatisque adjunctis, censuerit sapientem aliquā ratione tum ad Deum accedere, cùm, quatensis ipsi liceret, evaderet felix, atque immortalis: felix, inquam, quatenus fieret perturbationum vacuus; immortalis, quatenus bonis immortalibus frueretur, videlicet virtutibus. Ecce etenim quid præcedat objecta verba ad Mensecum: ταῦτα γάρ, οὐ τὰ τοῖς οὐρανοῖς μελέται Διὸν τὸν, πρέπεος, καὶ νυκτὸς πρὸς τὸν ὄντος θεατὴν, οὐδὲ ποτὲ τὸν θεόν οὐταρ, τὸν διατελεσθέντον. Ita igitur, ipfisq; affinia, diebus, noctibusque semper meditare sive ipse tecum, sive cum eo, qui sit tui similis; sic fiet ut nec vigilans, nec somnians perturberis unquam. En quid lequatur: εὖδε γάρ οὐταρ Σωκράτης αὐτῷ τοις αἴσθησις, Animali quippe mortali haudquam similis est homo innutritus immortalibus bonis. Itaque tales hortabatur Epicurus Mensecum fieri, ut nempe in tanta morum pravitate, virtutem ipse tueretur, ac proinde ut Deus quispiam inter homines corruptissimos emineret. Taleis consequenter potuerunt Epicurei sese habere; quanquam non negem esse potuisse in Epicurea secta, qui indigerent elleboro. Quid enim mirum, cùm satis constet sanctissimis etiam societatibus evenire, ut ambitionissimos quosdam, & flagitiosissimos nutrient. Porro, si cùm illi se Deos, Deorumve æqualeis jactarent, nihil aliud sibi arrogarunt, quam celebratam illam apud suos, cæterosque sapientiam; uti verisimile est nihil eos aliud cogitasse: id sanè egerunt, quod tum licitum per Ethnicam professionem fuit. Horatium audi:

Sapi-

— Sapiens uno minor est Iove :

æqualis ergo Diis cæteris. Cicero animum humanum cum nullo  
alio, nisi cum ipso Deo comparari posse dicit : Quid Sapientis ergo  
animum ? Seneca, Sapiens ille, inquit, plenus gaudio, hilaris, & pla-  
cidus, inconcussus, cum Deus ex pari vivit. Ac rursus : Hoc est sumnum <sup>lib. I. epist. 31.</sup>  
bonum, quod si occupas, incipis Deorum socius esse, non supplex. Ve-  
rū res nimis perspicua est.

## C A P U T VIII.

Quæ Epicuri pietas fuerit erga Patriam, Paren-  
tes, alios.

R Estant jam impietas, quæ in patriam, parentesque Epicu-  
ro objicitur, maximè verò ab Epiceto : sed cùm illa ad  
placita Epicuri præsertim spectet, nihil heic prævertendum est :  
Id referto solum, quod Laertius habet. Imprimis enim post-  
quam scripsit pietatem ejus in patriam fuisse inexplicabilem, <sup>lib. 10.</sup>  
subjicit illum abstinuisse à publicæ rei administratione, *præsumma modestia*, *περιβολὴ ἐπιτακτίας*: cùm patriam tamen difficillimis  
temporibus non deseruerit ; veluti suprà atrigimus. Vidimus  
etiam ut patria statuis æneis eum honorârit ; scilicet tanquam  
testibus *eminentis* illius candoris, quo se in omnis gesserat, *περιβολή της μάντειας οὐ προσωρινής*. Deinde commendans illius erga pa-  
rentes pietatem, ipsam vocat *ἀρεσίων*, hoc est, *gratam animi*  
*grati significationem*, & recordationem ; ut & charitatem ejus-  
dem in fratres *ἀδελφῶν*, hoc est *Beneficentiam* appellat, eam scili-  
cet, quæ cauſa fuit admirabilis illius amoris, cuius ex Plutar-  
cho jam meminimus ; ne aliquid dicam de iis, qui insinuantur  
ex testamento. Describitur continuò à Laertio *mansuetudo viri*  
*in servos*, *μεγέθης*, concluditurque demum *in omniēis omnino homi-*  
*nies humanitas*, *καθόλου δὲ τηνὸς πάντες ἀντεφιλαυθεστια*. Ex quibus  
sanè intelligitur fuisse Epicurum summā pietate, caritate. bo-  
nitas

*lib. 2. Thes.* nitate in universum genus humanum. Heinc Cicero optime jure, Epicurus, inquit, homo minimè malus, vel potius vir optimus. Alibi quasi indignabundus: Coluit Epicurus, inquit, amicitias; *lib. 2. defn.* Quasi quis illum neget, & bonum & comem, & humanum fuisse. Huc illud etiam pertinet: Redarguitur ipse à se, veneuntque scripta ejus probitate ipsius, ac moribus. Nam ista commendatio puerorum (sic pergit ille, ethi suo sensu) memoria, & caritas amicitiae, summorum officiorum in extremo spiritu conservatio, indicat innatam esse homini probitatem gratuitam, non in vitatam voluptatibus, nec premiorum mercedibus evocatam. Quod enim testimonium majus querimus, que honesta, & recta sunt, ipsa esse optabilia per se; cum videamus tanta esse officia morientis? Denique tacendum non est, quod habet Laertius, cum adhærenteis Epicuro discipulos memorans, illos detentos dogmaticis ipsius Sirenibus dicit; ac Metrodorum Statoniceum, qui unus ab illo defecit, & ad Carneadem se contulit, ideo videri defecisse, quod nimia viri bonitate veluti obrueretur, *Εγω οἵτος τηλίκιος εἰναι περὶ θάνατον αὐτὸν χειροπέδην.*

*lib. 4.*  
*lib. 4. Acad.*

*in voc.*  
*Carn.*

*lib. 5. defn.*  
*in fin.*

Quo loco obiter notanda non levis difficultas est, quā ratione fieri possit, ut Metrodorus Statoniceus ad Carneadem deficeret ab Epicuro potuerit, cum Carneades ne fuerit quidem moriente Epicuro natus. Quippe cum ex Apollodoro apud eundem Laertium Carneades obierit Olympiadis CLX<sup>e</sup>. anno IV<sup>o</sup>. natus annos octoginta quinque, vel, ut Cicero habet, nonaginta: non potuit nativitas ejus Olympiadem CXXXVII. precedere, sive obitum Epicuri decem Olympiadibus, seu quadraginta annis non sequi. Et fuit quidem præter illum Anaxagoræ discipulum, cuius meminit Suidas, Carneades quidam alius Epicuro contemporaneus: is scilicet, cui, cum invisiisset Arcesilam podagræ doloribus ardentem, & tristis exiret, Mane, inquit ille, Carneades noster (amore intellige, non Secta) nihil illinc pervenit huc, ostendendo pedes, & pectus. Attamen præterquam quod ille fuit Epicuri persimilis, ut adnotavit Cicero, adeò ut proinde fieri ad ipsum non potuerit celebris defectio; constat profectò Metrodorum Statoniceum auditorem illius non fuisse; sed subsequuti celebris Academiæ innovato-

vatoris, & successione quarti ab Arcefila. Nempe de hoc Ci- lib. 4.  
 cero loquens: *Bene autem nosse Carneadem*, inquit, *Stratoniceum Acad.*  
*Metrodorus putabatur*. Et alibi rursus: *Erat etiam*, inquit, *Metro lib. 1. de*  
*dorus*, qui cum illis (Clitomacho, & Æschine) una ipsam illum  
*Carneadem diligenter audierat*, &c. Quid putas ergo heic di-  
 cendum? Exultimārim Laertium interpretari sic licere, quasi  
 voluerit dicere: Ex omnibus iis, qui Epicuro ipsiusve Sectæ  
 aliquando nomen dedissent, neminem unquam defecisse præter  
 Metrodorum illum Carneadis temporibus. Quòd bonitas ve-  
 rò Epicuri gravis illi fuisse dicatur, intelligi potest de ea, quam  
 Epicurus tametsi mortuus spiraret adhuc in summa illa con-  
 fessione, caritate, & sui memoriâ apud Sectatores. Sanè verò  
 si Metrodorus à vivente adhuc Epicuro defecisset, quæsitum  
 non fuisset ex Arcefila (qui duodecim annis Epicuro supervi- apud Laert.  
 xit) cur homines à ceteris ad Epicureos, ab Epicureis verò ad ceteros non lib. 4.  
 commigrarent; Qua de re infrà dicendum est.

## LIBER QUINTUS.

# DE OBJECTA EPICVRO MALIGNITATE.

## CAPUT PRIMUM.

*Accusatur Epicurus Ingratitudinis erga  
Præceptores.*

**D**uo sunt præcipua objecta malignitatis capita; ingratus in Præceptores, & maledicentia adversus omnes Philosophos; præter ambitionem utrius commissam. Prius caput libro jam primo ferè indicavimus. Ut specialius nunc declaretur; quod spectat quidem ad Nausiphaneum, scribit Sextus Empiricus Epicorum adversus ipsum gessisse inimicitias; contendisse existimationem illius obliterare; ac in Epistola ad Philosophos Mitylenæ de gentis conscripto de eodem memorasse haec: οἴμα διεργάτες βα, υσθίαντες τούτην την δοξήν την λαδίους είναι, οὐ μεγάλη την αρχαντίαν εκπέμπειν αὐτές (merito enim videatur εύτε προ νοῦ Casaubonus reponere.) Opinor suspicio si istos existimaturos me esse Pulmonis discipulum, qui scilicet audierim ipsum cum adolescentibus quibusdam propter crapulam delirantibus. Nausiphaneum autem Pulmonem vocavit, quasi velle sensus dicere expertem, ut notat idem Empiricus, qui observat etiam appellasse illum virum improbum τοντός λαθανάτος, carposseque in illo studium, periclitamque disciplinarum. Confirmata hæc habentur apud Laertium, qui & Epistole illius ad Mitylenæos meminit, & adjicit ex Timocrate, Epicurum plu-

lib. 1. adv.  
Mathem.

ibid.

lib. 10.

rima contra Naufiphanem scripsisse, ac inter alia, ad verbum sic:  
 ἀλλ' εἴ τις φίλος ἔχει καὶ τείνος αἰδίως τὸ πάπιτον εἰς εὐμάρτιον τοιούτους οὐαῖς οὐαῖς, οὐαῖς  
 ταῦτα ποιεῖται τὰν χρήστρατόδων. Verūm habuit ille, si quis aliis, quam ore  
 suo laboresē parturiret, iactationem sophistīcam, ut & pleraque alia  
 māncipia. Rursus iplummet Epicurum in Epitolis de Naufi-  
 phane dicere; πατητήγαντος (interpunctio enim videtur hasce vo-  
 ces præcedere dñe bere, non dirimere) τοιούτους τοιούτους, ὡς τοι  
 λοιδορεῖσθαι, καὶ ἐπαναγλεῖσθαι. Hæc in eam mentis exturbationem  
 ipsum deduxerunt, ut, ne probris impeteretur, magistrum etiam (se me-  
 um fuisse) jobtenderet. Sequitur, quod eumdem vocat πλαθυόντη,  
 καὶ διηγέσιατον, καὶ ἀπατῶν, καὶ πλεον. & Pulmonem, & indoctum, & im-  
 postorem, & cinedum. Hæc dubio procul Cic. innuit cū Epicurum  
 notat, quod Naufiphanem magistrū tam malè acceperit, & rur-  
 sus, quod illum vexāit omnibus contumeliis. Prætereo, quod ex  
 aliis Magistris Pamphilum Pla onicum mirificè contempserit,  
 quod negaverit se quidpiam didicisse à Xenocrate, quod Ly-  
 siphani, & Praxiphaniis institutionem dissimulārit, atque id  
 genus cætera, quæ sunt jam antè insinuata. Addo solūm quod  
 Cicero de Democrito objicit, Epicurum nempe in ipsum, quem se-  
 quutus est, fuisse ingatum. Confirmari verò potest, quoniam, ut  
 ille idem refert, Democriti fontibus Hortulos suos irrigavit Epicurus, lib. 2. ado.  
 & Metrodorus apud Plutarchum professus est nisi prei visset De- Col.  
 mocritus, Epicurum nunquam fuisse ad sapientium per venturum. Quò  
 spectat illud, quod suprà innuimus, Epicurum se longo tempo-  
 re Democriteum fuisse professum, honorasseque Democritum,  
 quia rectam notitiam primus attigisset. Itemque, quod Epicurum  
 Vitruvius appellat successorem, D. verò Augustinus  
 hæredem Democriti. Et cùm hæc tamen ita se habeant, De- lib. 2. c. 2.  
 mocratum cavillatus est, ~~κακοποιον~~ appellando, quasi gramiis la- lib. 3.  
 borasset, hoc est, in cognitione rerum naturalium cæcūtisset, ut  
 est apud Laertium. Cicero verò in Tusculanis aperte docet loc. cit.  
 Democritum ab Epicuro insimulatum; & alibi: Que mutat, in- lib. 1.  
 quir, e corrumpt; que sequitur, tota sunt Democriti, Atomi, Inane,  
 &c. Concludit, Democritum laudatum à ceteris, ab hoc, qui eum  
 unum sequutus est, nolle vituperatum. Huc referri potest, quod  
 M. 2 tam

lib. 1. de nat.  
Deor.  
ibid.

ead lib. 1 de  
nat. Deor.

lib. 2. c. 2.  
lib. 3.  
Acad. c.  
10.

loc. cit.  
lib. 1.  
lib. 1. de fin.

tam Epicurus, quām Hermachus negarunt Lencippum Philosophum quempiam exstisisse; cūm Apollo doros tamen Epicurus, & alii Democriti magistrum fateantur, ut est apud Laertium. Quasi nimis nūm Epicurus profiteri noluerit debere se quidpiam aut Democrito, aut illi, qui Democrito principia illa ostendisset, quæ ipsi suffuratus est.

## C A P U T II.

*Arguitur id p̄e ambitione, vanitatisque studio  
fecisse.*

**E** Tenim sese ita gessisse Epicurus arguitur p̄e nimio quodam vanitatis studio, ut videlicet ex seipso doctus, sapiensque factus videretur. Id primum circa Nausiphanem ex Empirico demonstratur. Cūm Epicurus enim, inquit, ipsius fuisse discipulus, prorsus tamen id pernegravit, ut ridetur à seipso doctus, ac per se factus Philosophus. De Pamphilo Cicero declarat; ostendens enim quare Epicurus eum contemneret, metuit, inquit, ne quid unquam didicisse videatur. Ac rursus idem Cicero hallucinatum Epicurum dicit, cūm quidem gloriaretur, inquit, ut videmus in ejus scriptis, se magistrum habuisse nullum. Quod & non prædicanti (sic pergit) tamen facile equidem credam, sicut mali adīcīt domino glorianti se architectū non habuisse. Huc facit, quod cūm Apollodorus scripsisset Epicurum audivisse Lysiphanem, & Praxiphonem: *Hoc ipse non dixit*, inquit Laertius, *ad iaurē sed audivisse seipsum*. Quod spectat ad Democritum (quem pro Democrate substituendum jam monuimus) ecce ut occinat Plutarchus. Postquām enim proposuit aliquas ex gloria; jux a Epicurum, voluptates proficiisci, excipit: *Quid nūa faciat, ipse tam insane tuneficens, furensque gloria studio, ut præceptores se habuisse abnuat, & de syllabis, ac apicibus cum Democrito rixetur, à quo tamen totidem verbis decreta suffuratus est.* Notanda hæc postrema verio; siquidem

lib. 1. adv.  
Math.  
lib. 1. de nat.  
Deor.  
ibid.  
lib. 1. o.  
lib. 2. adv.  
col.

dem aliud continent damnatum ambitionis caput, quod exstat et iam apud Clementem, dum Epicurum præcipua decreta à Democrito surripuisse dicit. Mentio quoque ejus sit apud Laëtitium; memoratur quippe Epicurus Democriti libros de Atomis, *loc. cit.*  
lib. 2. Strom.

& Aristippi de Voluptate tanquam suos usurpavisse. Videtur etiam Laëtius indicare librum, qui *Canon* inscribitur, cùm dicit suisse, qui in Epicuri vita tradiderint *Canonem ipsum* descripsisse ex Nausiphani Tripode. Hic porro Tripus fuisse videtur liber sic inscriptus à Nausiphane. Neque enim intelligi potest, quod Epicurus ex dictamine (quasi nempe vivæ vocis oraculo) librum illum scriplerit; cùm qui id afferunt Nausiphane negent ab Epicuro fuisse auditum. Ceterum ex hac vanitate, atque ambitione factum esse convincitur, quod Epicurus jactaverit se unum invenisse verum, ac primas sibi idcirco deberi omnes inter Philosophos. Id cùm Plutarchus, tum ali inveniunt; nullus est tamen, qui rem apertius, quam Cleomedes conficiat: Epicurus, inquit, *lib. 2. c. 1.* perinde, ac si aliquis esset, glorietur, sese reputans dignum, qui in Philosophis numeretur: neque id solum, sed & primas etiam sese occupare affirmans. In quo sane seipsum Theristā audaciorem esse ostendit. Ille enim gloriatur solum tanquam ex optimisibus unus, & Regem ipsorum aequalis; nequaquam vero sibi ipsi partis primas arrogat. At iste præ multa sapientia, & scientia affirmat se solum verum invenisse, ac se idcirco judicat dignum, qui partis primas teneat. Quocumque videtur quis nubi malo justus in ipsum dictatus.

Therista loquuntur, tametsi canonus concionator, Tace,  
 ac paucis interpolatis: Non pudet eum, ait, seipsum Pythagoræ, Heraclito,  
 & Socrati interponere, ac uti primū inter ipsos sedēm occiperet postulare: Quod simillimum est, ac si sacrilegi inter Sacerdotes, & sacerdotum Antistites sese totū locare tentaverint, primum inter eos locum sibi vendicantes; aut si quis Saradanapalum cogitet de laborium tolerancia cum Hercule contendere conantem,  
 & Clavam, Leonisque exuvium usurpatem, ipsique dicentem: hisce ego rebus sum te dignior. Huc usque Cleomedes. Adjici posset ad declarandum Epicuri ambitionem, atque vanitatem quod legitur apud Læticium ipsum, laudibus extulisse, & assentatione prosequutus fuisse Idomeneum, Herodotum, Timocratem, ut quæ ex operibus suis invulgata adhuc forent, evulgata facerent.

## CAPUT III.

*Accusat etiam Maledicentiae erga omneis  
antiquiores Philosophos.*

Cum ea itaque ambitione Epicurus fuisse videatur, ut præferri omnibus Philosophis voluerit, effectum est, ut quemadmodum Præceptores suos insectatus est, ne ab illis quidpiam dicisse videretur; ita adversus Philosophos omneis, qui ipsum præcesserant, arguatur fudile scommata, & probra, ut illos videatur longo post se habere intervallo. Illud declarat imprimis Plutarchus, cum de Epicuro, ac Metrodoro loquens: *Quæ sunt, inquit, inter homines fædissima vocula, scurilitates, cantillationes, jactationes, scortationes, boni. idia, suspensus, corrupte, gravednes, ea adversus Aristotelem, Socratem, Pythagoram, Protagoram, Theophrastum, Heraclitum, Hipparchum, & adversus quem non virorum illustrium congerentes esfuderant?* Idem propè Cicero testatur, docet enim, ut Epicurus adversus Pythagoram, & Empedoclem dixerit, cum & consumelios simè, inquit, Aristotelem vexarit, Phaedon Socratis turpisimè maledixerit, Metrodori sodalis sui fratrem Timocratem, quia nescio quid in Philosophia dissentiret, totis voluminibus conciderit. Videre etiam scommata licet, quibus singulos prosciderit, apud Laertium. Nam Platoneum appellavit *χειρόν*, aureum; fastum, ut puto, innuere volens, quem fastu alio Diogenes calcarat; Platonis verò discipulos *διαυγάλαγας*, Dionysii absentatores, moram, opinor Platonis taxans in aula Dionysii; Heraclitum *κυνέτω*, seu perturbatorem, acta innuens circa Ephesum: Antidorum *αγριδησ*, quasi donis ad blandientem. (Quis fuerit tamen iste Antidorus, ille-ne cuius nomine inscriptus est Epicuri liber, an aliis, incomptum habeo.) Cyzicenos *χοθεῖς τε οὐαδός*, inimicos Gracia. Notare fortè Apollodorum, & simileis voluit, quod ex Clemente Alexandrino felicitatem ille poneret *εὐχαριστία* in oblatione animi; quasi secus ipse sentiret. Alioquin enim pro Cyzicenis Cyrenaicos substituerem, cum heic scilicet de Philosophis, non de nationibus agatur: Cyzenai-

hb. 2. adv.

Col.

hb. 1. denat.  
Deor.

hb. 10.

hb. 2. Strom.

renaicorum autem celebris Secta tunc fuerit, quam ipse quoque potuerit facere velle exosam, ut à qua etiam circa voluptatem non mediocriter dissentiret. Taceo autem commutatione in factu faciliorum inter istas voces, quām si quis supponere velit Cytræos, aut Cynicos; ut taceam & Coloten ipsum à Plutarcho redargui, quod adversus Cyrenaicos dixisset. Adhæc Dialeticos dixit πλάνωσες, valde invisos. Notavit autem Megaricos, seu qui ex Euclidis Secta Dialetici dicti sunt; litigiosissimi enim fuerunt, φιλονομεῖται; ut alibi Laërtius testatur. Ipsum Pyrrhonem ἀγαθόν, lib. 2.  
ρηγανικόν, indutum, & ineruditum: quasi ipsius cohibitionem in assentiendo redarguens.

Verum duo potissimum ex Laëtio sunt feligendi, quos Epicurus infamare præcipue voluisse videtur. Unus est Aristoteles, quem dixit ὅτι τὸν φρεγόν τὸν πατέρα αὐτούς, σερινόδας, τὸν φρεγοπολέα, deploratum, & qui, vorata paternâ substaniâ, militasse, ac medicamenta vendidisset. Fortassis autem notare voluit seu ipius, seu præcipue Nicomachi patiis professionem; vel indicare etiam illud pharmacon, seu venenū quo Alexander interiit, quodque Plinius n. a. vñ Aistotelu infamia excogitauit. Utetq; sit, constare videtur lib. 3. ca. ult. verba hæc desumpta esse ex Epicuri Epistola, quæ inscripta est πελοποννησίαν, de r. & rationalibus, sive institutis. Si quidem & Athenæus, & Aristoteles apud Eusebium ex Epistola illa id. in citant. lib. 8. de ipsa. lib. 15. præp. Ac desumit quidem ex ea Athenæus ὃν καταφαῖς (supple Λεσσον. Evang. 285) τὰ πατέρα (habet Eusebius, sic ρρὸ δὲ καὶ φρεγὸν αὐτὸν τὸ πατρόνα  
& τοῦ) ἵνα σερινάς ζευκτοὺς ὃν εἰ ταῦτα καὶ περιτίνων, ἵνα ὃν φρεγοπολέα  
τὴλεβετέλεαντα τελεύτης οὐ πλάτωνος πειπάτες πατούσι. (ta n. videtur pro φησι,  
ex Eusebiorum restituendum) τῷ δὲ βασιλεῖ, ιαντοῖ, μεσοργανοῖ τοῖς λόγοις, εἰς ἄν  
αφοῦς, τοῖς ποτε μηκόσ εἰς τὸ δεσμόν (non, ut opinor, θιαχούμενον) ξελθετε.  
Quod cum Aristotele (adolescentulus adhuc existens) paterna bona consumpsisset, impetu quodam repente arripuit militiam; ac ipsa mālē succedente,  
fese ad vendendum medicamenta applicauit. Deinde vero, cum pateret omnibus  
Platonis schola, (quippe & Academia propter communiodam deambulationem dici potuit Pe. i. patru) seipso in illi adiuvens, oratione (idque  
naturā non repugnante) incubauit, & non ita post conversus ad contemplationem  
est. Alter eit Protagoras; hunc etenim dixit, ut Laërtius habet,  
φορέα.

in Epic.

loc. cit.

lib. 9.

lib. 5. c. 3.

φορμοφέσι πάντα χρεία Δημοκρετία, ηδόνα πάρα πολύ μεγάλη διδάσκαλος, Βαζίλιον, Democriti scribam, & per vicos ludi magistrum. Porro quia heic Δημοκρετία lego, non Δημόκρετη, ut vulgo; hinc fit, ut scribam, & ludiliterarium fuisse non referatur ad Democritum, sicut Interpretes accipiunt; non advertentes duobus pōst verbis speciale, ac propriam fieri mentionem de Democrito. Sed & Δημοκρετή legerat Illustrius, cum ita transcriberet, & res planè convincitur ex loco Athenæi, qui fuit ex eadem desumptus epistola. Adscibere hoc loco placet, quia valde illustrat quod Laërtius habet tum heic, tum etiam in vita Protagoræ: Ἐπίκριτος τοῦ Πρωταγόρα φησι' ὅτι Σοφεῖλος εἰς φορμοφέσι (vult Causabonus φορμοφέσι legi, quod apud Suidam sit φορμοφέσι) τοῦτο; sed luarum rerum diversarum φόρμαι, ηδόναι videatur ordo concinnior, quam si φίρεται genere præmisso speciem superfluè apposueris) ηδόναι φόρμαι ταῦτα οὐδὲ γνώθαι χρεία Δημοκρετία, θευματινὰ δὲ τούτα σύντομον οὐδὲ συνθέτω, διπλάνης τοῦ αρχῆς αὐτοῦ φύσια τοῦ αὐτοῦ, ηδόναι φόρμαι τοῦτο γνώθαι, αφ' αὐτοῦ, εἰτε ὅπερι φίρεται φόρμαι. Narrat Epicurus Sophisten Protagoram ex sportarum, ac lignorum bajulo amanuensem primū Democriti fuisse; admirationi habitum, propter scitam lignorum quorundam posturam adinvicem. Hisce initis adscitum ab ipso; tum in quodam vico liueras docuisse, deincepsque ad argutiationem applicuisse animus. Legere porro totam historiam uberiū licet apud Agelium.

## CAPUT IV.

*Quod vitium etiam tribuitur Sectatoribus  
ipfius.*

**C**onfirmari porrō Epicuri in Philosophos dicacitas potest, ex Eo, quod videtur Sectatoribus maledicendi fuisse exemplo. Ut nihil enim dicam de Colote, eius virulentiam, & mordacitatem duplice volumine Plutarchus repressit; cū tam malè fuisse *M. i. deunt.* loquutus nominatim de Democrito, Platone, Empedocle, Parmenide, Melisso; docet ecce Cicero, ut Metrodorus etiam, atq; Herma-

Hermachus contra Pythagoram, Platонem, Empedoclem dixerint; ac meretricula etiam Leontium adversus Theophrastum scribere ausa fuerit; addente Plinio, *adversus Theophrastum scriptissime prefat. ad eum sciaminam;* & proverbum inde natum, *suspendio arborem eligendam.*  
 Memorat etiam, ut Zeno, Albutius, & alii, quos tuu noverat, litigarent, ac Zeno praecepit. Is enim, non eos solum, inquit, qui tum erant, Apollodorum, Sylleum, ceterosque figebat maledictis; sed Socratem ipsum parentem Philosophia, Latino verbo utens, scurrum Atricum fuisse dicebat: Chrysippum nunquam nisi Chrysippum (quasi cacaturientem equum) vocabat. Adjicit Cicero, Vellejum Epicureum sub persona Cottæ alloquens: Tu ipse paulò ante, cum tanquam Senatum Philosopherum citares, summos viros despere, delirare, dementeis esse dicebas. An ceterorum omnium vice mentionem faciam Diogenis illius Babylonii, quem Athenæus describit malè moratum, maledicuum, obtrectatorem, φιλοφόρον, καὶ βάσταν, & risu captato ne Regibus quidem parcentem? Antiochus certè, qui Alexandro Antiochi Epiphanis Syriæ Regis filio successit jugulari ipsum mandavit, ejus maledicentiam, γνωδευσαν, non ferens.

## CAPUT V.

## Generalis eorum, quæ sunt objecta, Refutatio.

**L**onga huc usque objectio est; sed brevis occurrit facienda responsio. Paucis nempe illam indicat Laertius, dum enumeratis iis, quæ citata ex ipso sunt, seu ad ingratitudinem, seu ad ambitionem, seu ad maledicentiam pertineant; ac ut declareret seu Timocratem, seu Stoicos, seu alios, illa de viro innocentie, ac immerito confinxisse, hoc uno verbo rem explicat: Μη πρήγαντες, οὐτι νέοντες. Quare & statim elogia, seu quasi argumenta contraria opponit ex pietate, humanitate, mansuetudine, & aliis, quæ sub finem libri superioris retulimus. Idem in Epic. porro etiam Illustrius uno verbo insinuat, dum illa eadem objectionum capita commemoraturus, eos qui illa objicerent

præfatur esse calumniatores, ~~diaboli~~. Et sanè cum Epicurus non modò vir bonus, verùm etiam optimus fuerit, ut ex Cicerone est ante perspectum; qui poterat esse erga cæteros adeò lenis, adeò comis, adeò grauus, adeò amans; in suos autem præceptores, ac professores sapientiae, quos à pubertate usque tantoperè coluit, adeò acerbus, adeò austerus, adeò ingratus, adeò insenius. Qua ratione se amici tam multi poterant illi addicere, si ejus erat virulentiae, mordacitatis, malignitatis, quam, ut quid cane, & angue pejus mortales omnes refugiunt? Acceptimus jam unde illi quæsita fuerit invidia; unde evulgati etiam libri spurii, propter quos illius fama laborat: quidni igitur Cicero, Plutarchus, Empiricus, alii, turbidos rivos deduxerunt ex cœnosis fontibus? Id consideratione dignum; cum tam multa in Zenone Stoicorum principe reprehendenda fuisse prædicentur, ut est apud Laërtium; nihil tamen aduersus illum ab Epicuro evulgatum legi. Inde profectò convincitur vel Epicurum extitisse mitissimum virum, ut qui illi maximè pèpercerit, qui cum gereret gravissimas similitates; vel Stoicos illi impostaisse circa cæteros; quod ad Zenonem ipsum spectaret, nihil ausos fuisse comminisci, veritos, nec ea, quæ objicerentur, seu ea vera essent, seu falsa, fidem aliquam obtine-rent.

## C A P U T V I .

*De ambitione, ob quam arguitur in Præceptores  
fuisse ingratus.*

VT Aliquid autem specialiter dicam descopo, quem ipsi propositum objiciunt, cum fuisse arguitur erga præceptores ingratus; probabile quidem imprimis non est, ipsum ulla unquam effuditse convitia adversus eos, quos proximo à parentibus habuit loco; at non est fortassis penitus negandum, quin illos

illos non agnoscere pro Magistris potuerit, à quibus nihil frugi forsitan didicisset. Si rēs porrō ita se habuit, vides quām levis culpa hæc sit. Profecto satius longè videtur Præceptores habere nullos, quām sortiri minimē bonos. Siquidem potest natura sese excitare; potest lux illa ingenita veritatem pervestigare; at prava quādam institutione præoccupatus animus, mirum, nisi se obstinatum adversus veritatem gerat. Ex quo ille merito jure mercedem duplam ab iis poscebat, qui ab aliis jam instituti fuissent; alteram, ut dedoceret aliena, alteram ut doceret sua. Ac non possum quidem satis Stoicos mirari, qui Epicurum hebetem, ignarumque appellantes, ægrè tulerint quod magistros noluerit ullos agnoscere. Arguere potius debuerant, quod ad Magistros non accedens, hebes remansisset, ac rudis. Verūm quia urgetur præsertim ipsa ~~ab solida~~, quæsieria solūm an non plurimi ~~ab solida~~ in Len. duxi celebrentur; Pherecydes Suidæ, Heraclitus eidem, ac Laertio, & plerique alii? Quid-ni igitur Epicurus ex hoc numero esse potuit, aut quid invideant, si

*Opinu*s est, sese qui novit cuncta Magistro, ut Hesiodus habet apud Aristotelem? Sectæ cujusdam princeps <sup>hb. 1.</sup> Nicom. fuit; nisi igitur omnia, aliqua tamen habere sua debuit. Si da- <sup>hb. 2.</sup> minatur, quod supra majores innovare quidpiam ausus sit; da- mmentur Zeno, Aristoteles, & quotquot unquam suèrè celebros Sectarum, partiumque authores. Cetera quod attinet, cùm quæ ratio alios docuit, eadem docere ipsum potuerit, quid est, quod si quidpiam inventum, dictuunque benè ab aliis sit, idem potuisse inveniri, ac dici ab eo pernegetur? Quām multa sunt ab ipso pri- mūm, ut videtur, inventa, & dicta, quæ usurpata ab aliis sint, & cuius tamen usurpationis conqueri ille non debuerit? Senecam <sup>epist. 8.</sup> audi: Potest fieri ut me interrogas, quare ab Epicuro tam multa bene dicta referam, potius quam nostrorum. Quid est tamen quare tu istas Epicuri vo- ces putes esse, non publicas? Quām multa Poëta dicunt, quæ à Philosophis aut dicta sunt, aut dicenda, &c. Atque id quidem maximè attingo propter ipsum Democritum, qui tametsi faciem Epicuro prætu- lerit, ejus tamen dux, non dominus fuit. Potuit Epicurus in ea- dem multa similia incidere: potuit imperfecta ab ipso relicta

illustriora facere, potuit in multis contradicere, (ut Anexagoræ etiam contradixit, et si illum suspiceret;) potuit multa nova ex se invenire. Hoc satis esse Democrito debuit, si, propter accepta ab ipso, Epicurus illi honorem habuerit. Porro id ita contingit Leonteus Epicureus apud Plutarchum testatus est. Idem convincit quod ex Metrodoro in objectione est allatum: arguit nimis gratam fuisse in Epicuri contubernio Democriti commemorationem. Ut agnoscas vero illam apud posteros propagatam, ecce Lucretius, tametsi illius opiniones impugnaturus, propter viri tamen reverentiam non semel ita praefatus est,

*Democriti quod sancta viri sententia ponit.*

*lib. 2. adv. Col.* Quin etiam ex loco, quo objicitur Leucippum ab Epicuro non agnatum Philosophum, posset fortassis solùm deduci Epicurum adeò sublime sensisse de Democrito, ut non putarit Magistrum ullum, ac ne Leucippum quidem fuisse, à quo suas opiniones ipse adeò solers ac industriosus Democritus accepisset. Quod Epicurus usurparit, ac pro suis jactaverit aliquos seu Democriti seu etiam Aristippi libros, inter illa est, quæ Laertius inficiatur. Inficiandum est pari modo quod assertur de Canone ex Nauphane descripto. Profectò in tanta & rerum, & verborum copia, ut ille tot volumina propriis repleret sententiis, facile sibi nemo persuadeat, illum sibi aliorum libros, atq; labores usurpare; ac præsertim perspectam habens eorum temporum claritatem, quibus, vigente Philosophia, clarissimorum Philosophorum clarissima opera erant; adeò ut quis, nisi prorsus hebes, non potuerit præsumere, fore ut illud omneis lateret, quod esset vulgarissimum.

---

## C A P U T V I I .

### *De Convitiis in Philosophos fuis.*

**A**ddo, quod spectat ad ceteros: Cum videam in simili causa adjici ab aliquibus, licere nonnunquam infamare vitam auctorum, quod ea ratione possint facilis dogmata ipsorum improbanda

banda dissuaderi; longè me abesse, ut velim quidpiam tale vel  
asserere, vel in Epicuro probare. Videtur mihi hoc ipso fieri  
magna veritati injuria, si quis illam stabiliri non posse existi-  
met, nisi ad calumnias, & maledicta confugiatur. Heinc si  
Epicurus convitia objecta in maximos viros fortè sparserit,  
non excusarim sanc illum, quantumvis egisse id potuerit, ut  
Sectatores longius à dogmatibus perversis arceret. Pythago-  
ras quidem, & Plato, & cæteri omnes fuere homines, ac pro-  
inde non modò multa, eaque gravia potuerunt peccare, ve-  
rū etiam fortè peccarunt: Quid hoc tamen ad veritatem,  
quæ per seipsum satisclarefcens, non eget, ut illustris sit de-  
nigratione, seu falsâ criminatione illorum, qui ipsam prose-  
quuti sunt, et si fortè non assequuti? Alia est redarguendi, &  
repugnandi ratio. Et dissentientium quidem, inquit Cicero, inter lib. I. de  
se reprobationes rituperandæ non sunt: at maledicta, contumelia, con-  
tentiones, concertationesque Philosophiā indigne videntur. Ex quo fit  
ut centies damnare Epicurum maluerim, quām patrocinium  
quærere, si, quæ sunt objecta, existirint vera. Enimvero, aut  
longè fallor, aut longè alia ipsi fuit mens: Nimirum satis no-  
verat, quantum esset condonandum humanæ imbecillitatē.  
Vidimus jam ut pepercerit Zenoni omnium infestissimo, ut  
honorārit Democritum, ut de Pyrrhone audierit, ut Anaxa-  
goram fuerit & Archelaum amplexatus; quid conjectandum  
de cæteris, ad quos tam ardenter (valere jubens Grammaticos)  
veritatis ergò confudit?

## CAPUT VIII.

*De objecta Sectatorum dicacitate.*

**Q**Uod attinet ad Sectatores, minimè negandum imprimis,  
qui potuerint quidam inter illos esse male morati, ac  
maledici. Nunquam haec tenus tam bene est actum cum rebus  
humana

humanis, ut (quod jam inculcavimus) societas initiae sint, in quibus nævini nulli essent. Non ea videtur ex ullo viro, tametsi probatissimo, exigenda constanter, ut non aliquando peccet, secumque ipse differat. Quantò minus id requirendum ex ea multitudine, quæ non potest non constare misera varietate ingeniorum, ut nemo à recto trahite deerrat. Deinde dico, ut Epicuro multa falsa adscripta sunt; sic adscribi etiam potuisse Epicureismi professoribus, ut qui eandem causam tuerentur. Ac fatendum quidem est libros ab ipsis fuisse conscriptos adversus alios Philosophos; verum neque fieri id cœptum ab ipsis, neque in ipsis desit. Ea semper fuit, ac etiamnum est opinionum diversitas, ut nullus unquam dicat pro uno, quin simul dicat adversus decem. Hoc est, quod arguit veritatem in obscuro positam esse, dum singulis diversa sequuntur, sic quisque ipsam ab aliis prætermillam existimat, ut vero fiat simile abs nomine arreptam fuisse. Damnandum heic proinde est, si quis ita sitae confidat solertiæ, ut non modò verum se adinvenisse gloriatur, sed etiam eos, qui secùs sentiant, dicti riis austri impetrere. Magna hæc est infirmitas mentis, ac species quædam malitia. Quamobrem abfuisse ab ea videntur Epicuri Sectatores, cum vel ipsomet Cicerone teste, nullum fuerit genus hominum minus malitiosum. Desunt nobis libri ipsorum, ex quibus rei veritatem liceat pleniū olfacere; cum unus supersit Lucretius, conjicere ex ipso licet, ut in antiquos Philosophos cæteri fuerint animati. Is igitur refutaturus opinionem Empedoclis, inter cætera sic præfatur, loquens de Sicilia, ex qua ille erat oriundus:

lib. 1.

Rebus opima bonis multa munita virum vi,  
Nil tamen hoc habuisse viro præclarus in se,  
Nec sanctum magis, & mirum, carumque videtur.  
Carmina quin etiam divini pectoris ejus  
Vociferantur, & exponunt præclara reperta:  
Ut vix humana videatur stirpe creatus.

Et

Et vide ut lenire pergit, quæ sive in ipsum, sive in alios dictus est :

Hic tamen, & suprà quos diximus, inferiores  
Partibus egregiè multis, multoque minores,  
Quenquam multa benè, ac divinitùs invenientes  
Ex adyto tanquam cor dis responsa dedere  
Sanctius, & multò certà ratione magis, quam  
Pythia, qua Tripode ex Phœbi, lauroque profatur.  
Principius tamen in rerum secere ruinas, &c.

LIBER

# DE OBJECTA EPICURO GULA.

## C A P U T P R I M U M.

*Exprobatur Epicuro Gula immodica.*

Aggredimur hoc, & sequente libro accusationes re-texere, quæ sunt maximè populares. Siquidem ne-mo non novit Epicurum, dum humaniùs audit, appellari delicatum, mollem, enervem, lascivum, effeminatum; dum verò asperius, heluonem, lurconem, ga-neonem, temulentum, perditum, nequam, efferatum; & id genus cætera, quæ Theologi, Philosophi, Oratores, & omnes ferè cujuscumque conditionis homines in ipsum effutunt, perinde ac si traduxerit fœdissimam, nefandissimam, luxu solu-tissimam vitam, ac Bacchanalia, Saturnalia, Lupercalia intro-duxerit, & Philoxeno, Aristoxeno, Apicio, Heliogabalo, Sardanapalo, similibusq; intemperantior fuerit. Ut pauca por-rò feligamus, quæ apud authores celebrata sunt, Mitto, quod suprà jam visum est, Epicurum à Chysippo induci illius Arche-strati discipulum, qui fuit author Gastrologiæ. Hoc adnoto potius inter Comicos, qui Epicurum circa Gulæ voluptates prosciderunt, memorari Damoxenum, apud quem Coquus in Syntrophis, ubi totam artem suam versibus sanè plurimis ab Athenæo recitatis peritissimè exposuit, præfatus se tribus pro-pè annis Epicuri discipulum fuisse (quo loco inter cætera non est oblitus Canonem, seu Epicuri Dialecticam, ut rem coquo pernecessariam, & quovis pretio comparandam) hisce carmi-nibus concludit:

ub. 3.

Epi-

Epicurus ipse sic voluptatem aggerit,  
Manditque studiosè ; ille quid bonum siet,  
Agnovit unus. At qui in ipsa Porticu,  
Semper requirunt, nesciuntque quale sit.  
Quare nec ipsi quod bonum ignorant, habent,  
Nec dare alii valent.

Mitto etiam quod observatum à Timone objici, debitas Di-  
is victimas apud Epicurum vocari ; illudque subnecto, quod  
idem apud Athenæum, dum in libro tertio Sillorum de Epi- <sup>lib. 7.</sup>  
curo loquitur, ait :

*Indulget alvo quā proterius nihil.*

Mirto demū quod sequitur, Epicurum Idomeneo, ac Me-  
trodoro adulatum fuisse, ut gulam expleret, aliisque corporis  
voluptatibus inferiret; itemque, quod Laerius habet fuisse <sup>lib. 14.</sup>  
turpiter assentatum Mythri Lysimachi administratori, cùm il-  
lum in Epistolis ~~παναγίων αὐτού~~, Apollinem, & Regem diceret;  
nempe ut ille, unde gulæ consuleretur, suppeditaret. Illud at-  
texo, quod Plutarchus refert Metrodorum scripsisse ad fratrem <sup>lib. 2. ad v.</sup>  
suum Timocratem : *Quanto sum, inquit, gaudio perfusus, quantā Col.*  
*audaciā animatus, quod ventri rite gratificari ab Epicuro didici ( nem-*  
*pe illius contubernialis ) & nihil, ὃ Timocrates, jurat Graecorum*  
*Servatorem fieri, nihil item coronas ab iis propter sapientiam obtinere.*  
*Iuvat mandere, ac potare vinum, quantum quidem ventri non noceat,*  
*& illi tamen gratum sit. Et rursus : Quippe, ὃ natura perscrutator Ti-* <sup>lib. 1.</sup>  
*mocrates, circa ventrem est summum bonum. Quae quidem etiam*  
*de Metrodoro refero, ut intelligas, quorsum sancti Patres, ut*  
*Olympiodorus, asserant vitam Epicuri, sociorumque ejus apud*  
*Salomonem describi, cùm dixisse refert intra se cogitantes non*  
*recte : Exiguum, & cum radio est tempus vita nostra, & non est refri-* <sup>Enarrat. in</sup>  
*gerium in fine hominis, & non est, qui agnitus sit reversus ab inferis.* <sup>Eccles. Sa-</sup>  
*Quia ex nihilo natū sumus, & post hoc erimus, tanquam non fuerimus;* <sup>lom c. 7.</sup>  
*quoniam sumus afflatus est in nobis nostris, & sermo scintilla ad com-*  
*moveendum cor nostrum, &c. Ac statim. Venite ergo, & fruamur bo-*  
*nis, que sunt, & ut amur creaturā tanquam in juventute celeriter. Vi-*  
*no pretioso, & unguentis nos impleamus, & non pratereat nos flos* <sup>Sap. 2.</sup>  
tem-

temporis. Coronemus nos ross, antequam marcescant: nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra. Nemo nostrum exsors sit luxuriae nostra; ubique relinquamus signa letitiae; quoniam hac est pars nostra, & hac est sors. Plura sancti Patres objiciunt, ac nominatim B. Ambrosius, dum Epicurum appellat ebrium, & voluptatis patronum, irriderique dicit ab iis, qui sobrii putantur Philosophi, &c. Itemque D. Augustinus, ac illum sequutus Isidorus, dum commemorant Epicurum à Philosophis nominatum Porcum. Fortassis etiam respexerunt ad illud Horatii in ore omnium frequentissimum:

spif. l. 1.

op. 4.

serm. 5. de  
duob. fil.

*Me pinguem, & nitidum, bene curata cute vises,  
Cum ridere voles, Epicuri de grege Porcum.*

Heinc Epicurus à plerisque comparatur cum Prodigo, cuius in Evangelio est mentio. En ut parabolam attingens loquatur B. Chryfologus: *Cum nil divinum, nil salutare, nil profuturum, nil gentilis inveniret; in talibus desperans, de Deo, de Providentia, de ludicio, de futuris, ab schola ad ventris se deponebat ingluviem, cupiens saturari de siliquis, quas Porci manducabant. Hoc norunt Epicurei, qui cum Platonicas & Aristotelicas percurrente scholas, nullamque illic aut divinitatis, aut scientie invenirent disciplinam, Epicuro se tradunt ultimo desperationis, & voluptatis auctori, & manducant siliquas, hoc est, voluptatibus corporis male dulcibus inhiant, & pascunt Demones, qui semper corporum vitiis saginantur, & sordibus.*

## C A P U T . II.

*Exprobatur praesertim gula fœda, & noxia.*

**S**ed levius fortasse ista objiciuntur, nisi proferamus Timocratem, illum scilicet Metrodori fratrem, qui postquam deferruit Epicuri scholam, se ea, quæ in ipsa vidisset, declarare professus est. Is ergo in libris Βραυτοῖς, hilaribus inscriptis, refert, ut est apud Laertium, Epicurum bis in die vomere solitum

præ

præ luxu; commemoratque, ut ipsem effugere vix potuerit  
nocturnam illam Philosophiam, ac mysteriis plenum conven-  
ticulum. Ut luxum verò intelligas Philosophicā frugalitate  
indignum, idem Timocrates narrat paulò post, Epicurum,  
cùm bene multa ignorasset in vita, consueuisse minam quoti-  
die in mensam impendere, hoc est aureos nostrates septem,  
cum paulò plus sextante. Ex quo mirari nemo debeat, si Se-  
neca, dum præcipuorum Philosophorum affectum circa pecu-  
niā comparans, hoc habeat: *Objicit Platoni, quid petierit pecu-  
niā; Aristoteli, quid acceperit; Democrito, quid neglexerit; Epi-  
curo, quid consumperit.* Ad Laertium porrò ut redeam, cùm te-  
stetur ipse bonā fide, noluisse è vivis Epicurum excedere, quin  
mori haustum prius sorp̄isset; nonne quis inde arguat, extre-  
num actum aptè respondisse anteactae fabulæ? Audivimus su-  
prā Stoicos extremum Epicuri morbum ad edacitatem refe-  
renteis; Quid tum porrò contigit? Non est passa, inquit Sui- *in Lex.*  
das, *divina Iustitia pompa ipsum interesse: ejus deliria diutius non tulit,*  
*insanam rabiem comprescit, cum pernicie valere jussit.* Cùm hæc au-  
tem verba legantur apud eumdem Suidam: *saxeas mensas, &*  
*donaria in sepulcro hic heluo, & obsoniorum rorator collovari jussit;* non  
est quid mirare, si sint, qui comparent ipsum cum Sardanapo-  
lo: hic scilicet, ut Cicero refert, incidi jussit in busto:

*I. de vi. 58.  
cap. 27.*

*lib. 5. Tufa.*

*Hæc habeo, que edi, queque exsaturata libido*

*Haufit; at illa jacent pulcra, & præclara relicta.*

Sive, ut Athenæus habet, Chærili versus referens, qui ex  
Chaldaica scriptura Epitaphium Græcè interpretatus fuerat:  
*Ego regnavi, & quandiu lucem solis sum intuitus, bibi, comedi, venerem* *ub. 12.*  
*exercui; quia sciarem breve tempus esse, quo vivunt mortales, idque mul-*  
*tis perturbationibus, atque molestiis inquietum; ac eorum bonorum que*  
*sum relicturus, fructum, & delicias alios percepturos.* Itaque nullo cessa-  
ri die, quin id agerem. Nihil verò opus, ut referam Assyriam il-  
lam inscriptionem quam idem Athenæus habet: *Sardanapalus ibid.*  
*Anacyndaraxis filius, Anchialen, & Tarsum uno die condidit. Ede, bibe,*  
*lude; reliqua ne digitorum quidem strepitu digna sunt.*

## C A P U T III.

*Epicuri Sobrietas, Frugalitasq; eximia probatur.*

**H**Æc sunt præcipua, quæ circa gulam objici Epicuro solent.  
 Cæterum, ut videoas, quām immeritō sobrietas viri diffi-  
 muletur, testatur imprimis Laertius, ex ipsius Epistolis, *διαλ*  
*μόνος εἰρηνεῖται, καὶ οὐ πάτερ aqua solum contentum fuisse, & simplici pa-*  
*ne. Et quia interdum aliquid erat ex austerioritate tanta relaxan-*  
*dum, πεπλασμένος, φυτοί, vulnus, &c. sic enim puto, non ut vulgo*  
*vulnus, quod caseus asserri solitus videatur εἰσεγένεται, quod op-*  
*pidum fuit ex tribu Pandionide, ut Suidas, Hesychius, Phavro-*  
*nus habent: nisi quod Menagius legendum mavult, εἰναις,*  
*quod apud Lucianum legatur caseus εἰναις allatus) εἰναις αλλα-*  
*γους πολυπλοκοίς, διαδικτούς. Mitte ad me, inquit (supple ad amicum)*  
*caei Cytheridij aliquantulum, ut possim sumptuosius, cum lubuerit, con-*  
*vivari. Adhæc citatur Diocles ab eodem Laertio, qui in tertio*  
*IncurSIONIS libro de Epicuro, ipsiusque sodalibus scribens: Fru-*  
*galissimis, inquit, & vilissimis cibis vicitabant; Quare & contenti erant*  
*vinuli heminæ (sic nimirum verto νονδοῦ, authoritate Athenæi;*  
*cum & possem vertere semifextarium Parisinum, exploratum*  
*scilicet habens, heminam, seu dimidium semifextarii Romani,*  
*duodecimamve partem congii vix quicquam exceedere semi-*  
*sextarium Parisinum: utpote quod heminæ sex cum semifextar-*iis hujuscemodi septem exæquentur) & qualibet, seu primum oc-**  
*currens aqua illis potu erat. Notum vero est fuisse etiam, qui vi-*  
*num nunquam gustaverint, sed tota vitâ biberint aquam, ut*  
*de Cassio Seneca refert. Jam Plutarchus ipse, cum exaggeret*  
*impensas, quæ Epicuro facienda forent, si objectas illas volu-*  
*ptates aucuparetur, subindicat illum in Maza (constante nempe*  
*ex farina, aqua, oleo, aut etiam lacte) & lenticula suavitatem sum-*  
*mam quæ fuisse. Porphyrius autem: Notum est, inquit, ut pleriq. Epi-*  
*cureorum ab ipso usque principe exorsis maza, fructusque sufficiant. Be-*  
*ne proinde Cicero de Epicuro loquens: hic vero ipse, inquit, quām*  
*parvo est contentus? quasi nempe velit coarguere illum, qui, ut*  
*Juvenalis loquitur,*

lib. 10.

in Lex.

in dial.  
meretr.

loc. cit.

lib. 11.

tp. 83.  
lib. 2. adv.  
Col.lib. 1. de  
abstin.

lib. 5. Tusc.

— non Epicurum

*Sufficit exigui latum plantaribus horti.*

Sat. 13.

Illi profecto, omni luxu, apparatuque semoto satis fuit, si quomodocumque famem, sitim, frigusque posset propellere. Hoc enim idem Poeta demonstrat, dum postquam prudentiam cum fortuna comparavit, ut ostendat quis sit finis cupiditatum constitutus, pergit:

— Mensura tamen qua

*Sufficiat census, si quis me consulat, edam.*

Sat. 14.

*In quantum situs, atque fames, & frigora poscunt;**Quantum, Epicure, tibi parvis sufficit in hortu.*

De convictu in hisce Hortis attexere haec ex Seneca juvat: Eò li. epist. 21. bentius Epicuri egregia dicta commemoro, inquit, ut isti qui ad illa consugi- ent spe malâ inducunt, qui velamentum seipso suorum viiorum habituros exi- stimant, probem, quocumque ierint, honeste esse vivendum. Cùm adierint hos hortulos, & inscriptum hortulis: Hospes hęc bene manebis, hec sumnum bonum voluptas est: paratus erit istius domiciliū custos, hospitalis, humanus, & te polentia excipiet, & aquam quoque large administrabit, & dicet: Equid bene acceptus es? Non irritant, inquam, hi hortuli famem, sed extinguunt; nec majorem ipsis potionibus sitim faciunt, sed naturali & gratuito remedio sedant. In hac voluptate consenit. Sicille. Ut magis autem adhuc mi- rere, vide quid alib. Et quidem, inquit, gloriatur Epicurus non toto epist. 18. aße se pasci: Metrodorum, qui non tantum proficerit, toto. Erat autem assis valor monetā nostra aestimatus, cùm Seneca haec scriberet, Tūronicorum denariorum novem. Quælo te verò quām maligne deberet famem extinguere, cùm parciūs adhuc vicitaret? Scilicet idem Seneca, Quin etiam, inquit, cerros habebat dies ille magi- ibid. ster voluptatis Epicurus, quibus maligne famem extinguqueret, visurus an ali- quid deesset ex plena, & consummata voluptate, vel quantum deesset, & an dignum, quod quis magno labore pensaret. Heine nihil est mirum, si in in illo convictu, maza, aqua, hordaceus panis, fabæ, lenticulae, & similia sèpè auditæ fuerint; frumentum, & vinum perrard; nun- quam autem caro, piscis, obsconiū, aut splendidus cibus. Ille enim esitare panem, & bibere aquam summas ducebat delicias, *εργάζω* (inquit apud Stobæum) τῷ κρέπῃ τῷ σωματιον ἡδεῖ, οὐλαν, κρεπήσεται.

ferm. de con- *κρατός, η περιποίησις τῶν τούτων λέγεται διάβασις.* Aquā, & pane utens, su-  
 tin. & so- vitate perfundor in corpusculo, inspicioque in voluptates, quas ex splendidis ca-  
 briet. ptant mensis, hoc est, quod apud eumdem dicebat: *ιδεας ιχθυος καὶ τοῦ  
 Διονυσίου διαμορφίας θραύσας, καὶ λαβέσθαι, ηδὲ ποτα, habentem se μαζανόν,  
 & aquam, paratum esse etiam cum love de felicitate certare.* Hæc fuit  
 causa cur procuraret, ne domi suæ seu frumentum, seu hordeum,  
 seu legumina deessent. Optimè verò id cùm illi, tum familiaribus cessit, quòd Demetrianæ & obſidionis tempore aſſervasset fabas;  
 ut primo libro dictum jam est. Nimirum non solum sibi provi-  
 debat, sed discipulis etiam indigentibusque amicis. Sic legimus  
 lib. 2. *adv.* apud Plutarchum, quòd interdum, & frumentum, & farinæ hor-  
 Col. *de* deaceæ, *ἀλεύρων*, modios, ad aliquos miserit. Et deridet quidem  
 ibid. Plutarchus (vide tamen an merito) quòd hisce verbis ad amicos  
 ab Epicuro scriptum est: *παντανήπειρον νόμον τούτην εργάζεται, καὶ  
 εργάζεται οὐδέποτε στρατιώτας.* Quod attinebat ad frumentum  
 nobis comparandum, studiosè egistis, & signa vestra erga me benevolentie edi-  
 distis ad cælum usque pertingentes. Quid fecisset, si observasset Epi-  
 curum commendasse non rei necessaria, sed supervacanearum de-  
 liciarum curam? Esto vox illa, *ad cælum usque*, paulò figuratio:  
 quām sunt tamen ejusmodi figuræ frequentes, dum viris præser-  
 tum de nobis bene meritis, & amicis gratitudinem testamur? At  
 res non est magni momenti, seu frumentum, seu quid simile. Ita  
 quidem apud vulgus, quod ambitioni inserviens vera bona pro  
 vilibus habet; verum Epicurus ut cuiusque rei præium genuinum  
 noverat; sic naturæ bona sumere aestimabat: & hac quidem in  
 parte Aeschinem imitatus, qui nihil sciebat commendārat Cleo-  
 cratem, quòd oleum, mel, frumenti modios, alia id genus suppe-  
 ditasset. Hac de re aliàs; sufficiat jam laudas illum, & pro-  
 rasse, ac ad ea se reduxisse, quæ cum sibi eripere vix illa fortuna iniquitas  
 posset, ut verbis utar Senecæ, maximam posset percipere, ve ex  
 hoc ipso voluptatem. Hanc verisimile est sensisse ipsum Metro-  
 dorum, cùm sic fidenter apud Ciceronem exclamasse legitur: *Oc-  
 cupans te, Fortuna, atque ceipi, omneisque aditus tuos interclusi, ut ad me ad-  
 spirare non posses. Quippe, ut ex Seneca jam superius retulimus, Me-  
 trodorum, & alios Epicuri contubernium, potius quām schola magnos  
 viros fecit.*

*An epist.**epist. 18.**Tuscul. 5.**epist. 6.*

CAPUT

## CAPUT IV.

*Solvuntur ea, quæ objecta de gula immodica  
sunt.*

**Q**Væ cùmita se habeant, non est, quòd multùm immoremur in diluendis iis, quæ objecta sunt. Quòd enim tam multis ex media plebe, seu plebi gratificantes innocentem lacerent vi- rum, pro genio suo faciunt. Popularem auram sequuntur populares homines; per paucis veritas est cordi. Epicurus non caupo- narius, non edax, non bibax fuit; adeò fuit frugi, & sobrius, ut vix cum ipso Curii videantur esse comparandi. Contrà tamen audiit; quid facias? neque is fuit primus, neque erit postremus, cuius virtuti vulgus obloquatur. Satis esse illi debet, si, cùm pau- cis bonis viris innotuerit, suam apud illos laudem consequatur. Dicerem de Chrysippo jam, nisi ea sufficerent, quæ sunt secundo libro allata. Quod spectat ad Damoxedum, cæterosque Comi- cos, nihil dicendum apud illos, quibus perspectum quæ fuerit ve- teris Comœdia libertas. Etenim aperte non Socrates solùm ac Plato, cæterique Philosophi à Comicis proscindebantur; verum etiam & Pericles, & Alcibiades, & quotquot erant principes, il- lustresque in civitate. Porrò adversus Epicurum tanto erat liber- tas major, quantò erat ansa captati facilior, tum ex verbis, tum ex fama, & rumiculis, quos olores disseminarent. Timon non solùm in Epicurum, sed in omneis etiam alios dogmaticos Phi- losophos, ipse Scepticus, effudit convitia. Id testatur Laërtius, lib. 9. memorans treis libros ab ipso conscriptos, quos inscripsit ~~circa~~, hoc est Maledicta. Fidem porrò faciunt antè recitata. Epicurus- ne suo ventri sic indulserit, ut vietas etiam fuerit voraturus? I- psi certè aqua abunde in potum sufficit, cùm Timon φιλοπότης, quasi inexplicabilis poterit, vini scilicet, dictus fuerit, ut à Laërtio est ad <sup>ibid.</sup> notatum. Circa objectam assentationem, cogita, quæso, quâ ra- tione seu Idomeneo, seu aliis adulari potuerit, ut gulam expleret impensis, cui tam pauca erant superque, & satis; ac præsertim quidem

ap. p. 21.

quidem cùm ad illos scribens, præscindendarum cupiditatum mentionem sæpè fecerit, ut ad Idomeneum: *Si vis, inquit, Pythoclea divitem facere, non pecunia adisciendum, sed cupiditatibus detrahendum est.* Quam sententiam nobilem dictam, memoratamque Senecæ, aliásque, suo loco pleniùs referemus. Heic verò attingo, ut intelligas futurum fuisse ut Epicurus coram Idomeneo, aliisque erubesceret, si aliâ ratione voluisset apud illos vivere, quam vivendum esse ipsis persuaderet. Ut taceam ipsum non tam ad lautas illoruim mensas accessisse, quam illi ad ipsum venerunt edocendi frugalitatem. Penè cùm tempore toto, ex quo virum agnoverunt, commorati apud illum sunt.

## C A P U T V.

*Satisfitque proinde iis, quæ sancti Patres  
attigerunt.*

*J*am illa fuisse suppositia, ex quibus plerique sanctorum Patrum desumperunt, quæ Epicuro exprobarunt, partim ex dictis libro secundo manifestum fit, partim convincitur ex dictis circa vii frugalitatem. Illud certè de Metrodoro sic à Plutarcho inducitur, ut planè confictum appareat: quando apparet ex supradictis, quæ Plutarchi mens iis in libris fuerit; & aliunde perspectum est, quod paulò antè retulimus, ut frugalitati studens Metrodorus sese adversus fortunam composuerit, magnus vir Seneca dictus, & quem aliàs divinè loquutum B. Clemens afferuit. Heinc propter illa, quæ sequuntur ex Solomone desumpta, Sectatoribusque Epicuri attributa, cùm opponi possent varia testimonia circa vitam Epicureorum, satis erat tamen si loco ex Porphyrio antè citato illud Ciceronis adjurixerimus: *Ita vivunt quidam, ne eorum vita refellatur oratio.* Atque ut ceteri existimantur dicere melius, quam facere; sibi (loquitur de Epicureis) mihi videntur facere melius, quam dicere. Ut tamen habeas viciū exemplum, ac veluti specimen

lib. 2. de fin.

men in germano Epicureo, accipe ut de Pomponio Attico Cornelius loquatur: *Nemo, inquit, in convivio ejus aliud acroama audivit, quam agnoscet, (quod nos quidem iugundissimum arbitramur) neque unquam sine aliqua lectione apud eum cœnatum est, ut non minus animo, quam ventre convive delectarentur.* Nunquam eos vocabat, quorum mores à suis abhorrent. Pergit: *Cum tanta pecunie facta asset accessio, nihil de quotidiano viatu mutavit, nihil de vita consuetudine; tantaque usus est moderatione, ut neque in festertio vices, quod à Patre accepit, parum se splendide gessit, neque in festertio centies, affluentius vixerit, quam instuerat; parique fastigio stetit in utraque fortuna.* Hactenus ille. Quæ memoro, ut intelligas quantæ honestatis mensa fuerit profitentium Epicureismum; cùm vix etiam sioile quidpiam observetur in cæteris. Nihil attexendum de Philosophis, qui Epicurum apud sanctos Patres & irriserunt, & porcum vocaront, cùm manifestissimum sit etiam inter Philosophos regnavisse invidiam; & non esse statim quempiam seu ex barba, seu ex pallio judicandum Philosophum. Præ cæteris Stoicos fuisse, qui hanc Epicuro infamiam quæsierint, superius declaravimus; eosdem jam esse, quos Patres inauant, indicare videtur vel illud, quod allatum est ex B. Ambro-  
sio. Clarum est enim Philosophos, qui sobrij putantur, ipsos esse Stoicos, cùm videri tales semper affectaverint, tametsi Curios simulantes Bacchanalia sè pè deprehensi sint vivere. Certe haud abs re videtur interdum ex ipso Zenone quæsitum, quanobrem, austerus cùm esset, inter potandum tamen hilaresceret? (ne prolationem, aut nimiam potationem interpreter illud εν τῷ πότῳ διαχεῖται, quod est apud Laertium) cùm ille respondit, etiam madefactos a lib. 7.  
qua lupinos dulcescere. Haud abs re etiam memorant Chrysippum ibid. idcirco interiisse, quod suave merum, ρύθμος ἀργετος, ebibisset inter sacrificia. Tandem haud abs re Stoici notantur aliter dixisse, aliter vixisse, propter illud Sartyrici: Inven. Sat. 2

*Fugerunt trepidi vera, ac manifesta canentem  
Stoicidæ.—*

nec desunt, qui putent ad eos pertinere, quod Quintilianus habet, dum, *Non, inquit, virtute, ac studijs, ut haberentur Philosophi*

P labo-

*laborabant, sed vultum, & tristitiam, & dissentientem à ceteris habentum  
pessimis moribus pretendebant. Quanquam ut id de omnibus inter-  
pretandum censeam, absit. Ad Horatium quod attinet, ille, cum  
esset Epicureus, scomma id vulgare jocando admissit, ut suavem,  
& tranquillam vitam melius persuaderet amico, cui statim ante  
dixerat:*

*Omnem credere diem tibi dilacrisse supremum;  
lib. 1. epist. 4. Grata superveniet, qua non sperabitur hora.*

*Ad illud B. Chrysologi nihil aliud dicendum est, quam quod eli-  
citur ex dictis libio secundo circiter finem de affectu sanctorum  
Patrum in Epicurum declamantiuu.*

## C A P U T VI.

*Respondetur demum objectis de Gula fæda,  
& noxia.*

lib. 10.

**R**espondendum foret specialius, & accuratius ad ea, quæ alla-  
ta sunt ex Timocrate circa fœditatem vomitionum quoti-  
dianarum, & similia; sed ea excutiuntur uno verbo à Laertio,  
dum insanire illos dicit, qui Epicuro talia objiciunt. Et fortassis  
quidem potuit Epicurus vomitione uti ad stomachum exoneran-  
dum humoribus superfluis, ac præsertim longè à pastu, digestio-  
neque jam peractâ, cum & hanc praxim fuisse Romæ ante tem-  
pora Asclepiadis frequentissimam narret Plinius: sed vomere il-  
lum solitum præ luxu, aut potatione liberiore, ingurgitationeq;  
quadam, admittit sibi ipsi fidem. Ut enim præterea quantum id  
repugnet iis, quæ memorata sunt de summa viri frugalitate, iisq;  
etiam, quæ de tenui victu ab ipso conscripta referentur aliâs; quæ-  
so quæ frons adeò perficta, ut huic vivendi instituto sapientiæ  
studium prætexere ausit, præcipue vero in oculis tantæ civitatis,  
in quâ professorum sapientiæ tantus numerus, & æmularum ob-  
servantium, obtiestantiumque tantum studium. Fidem quoque  
dere-

lib. 26. c. 3.

derogat sibi quod objicitur de immodicis, ac fortunæ Epicuri imparibus sanè impensis. Ubi certè panis hordeaceus, sabbæ, aqua, assis unius viri: impendium, & similia solùm audiuntur; nihil est opus tantâ profusione. Quanquam etiam illæ impensæ elevarentur, si dice es tantum fuisse conviventium, (simil nempe cum Epicuro philosophantium) numerum, ut vix etiam Attica mina tam multis, licet parcissimè victum curarent, foret satis: cumque redditus Epicuri tanti esse nequierint, factum supplementum ex iis, quæ opulentí amici conferrent. Verùm, seu Timocratis lib*i* sunt suppositi*ii*; seu Timocrates reverā ab Epicuro discessit, graviter videlicet ferens illius objurgationem ob Metrodorum fratrem offendit, ut apud Plutarum est; posse sunt esse omnia prosus commentitia. Qued ad vinum at*ii* in et ab Epicuro postularum, cum jam proper deficeret; quæso te, cui nisi inhumano, intolerabile sit, hominem vexatum tam magnis, tamque diuturnis doloribus, atque etiam præ bañei debilitatione animo deficientem, vini puri aliquid ad exhilarandum cor, excitandumque spiritus sorbere? Nisi verò tantâ agendum, censendumque; invidiâ est (ut istud crapulæ tribuatur: quemadmodum fieri videas apud aliquos, qui ex vulgata versuum Laertii interpretatione illud desumunt, ac in ore habent:

*lib. 2 ad. Col.*

*loc. cit.*

— *sicutius hausti*

*Suave merum; hinc Stygias ebrius hausti aquas.*

Sanè & textus Græcus id non habet, & si haberet, lusus foret, ac licentia poética; cùm præfertim nosset Laertius Epicurum non vino ingurgitatum, neque inter vomitus exhalasse animam; sed sana mente præditum; ad absenteis amicos scribentem; eos, qui aderant, commonenter. Quid dicerent isti, si ut Plato in nuptiis cœnans mortuus esset? Si ut Arcesilas, secundis calicibus haustis, ἀποληπτικὴ πολεμία; si ut Lacydes, factus prius paralyticus ex ubiōre potatione, οὐ πελυποτίας; quæ omnia sunt apud Laertium, & lib. 3. & 4. ex Hermippo maxime. Ne referam quod Athenæus memorat lib. 10. de Xenocrate, illum scilicet uno haustu sorpississe vini congium, hoc est pintas treis Parasinas, atque semissem. Ut ista autem præterea, sufficiat mortem obitam ab ipso constantius, quam aut à Ze-

à Zenone Stoicorum patre, qui ex Laertio sese strangulavit; aut sexcentis similibus, qui pari modo vitam finierunt; Speusippo Menippo, Metrocle, & aliis. Fortitudinem certè ejus in stranguria, & tormentibus Cicero aperte commendat; & cùm Stoici hos morbos ad edacitatem potius, quām ad nativam complexione m, cuius sibi nemo est author, referunt, patet quo genio ducti id faciant. Ac declamat quidem, & metas Grammatici excedit Suidas. Quis tamen non videat frequenter viros optimos eodem morbi genere, & cum eisdem doloribus, quibus obiit Epicurus. interire? Sunt, qui id statim referant ad ultricem Dei justitiam, quemadmodum Suidas. Sed hoc ut negandum omnino non est, ita omnino asseri non potest, quin injuria fiat eidem justitia, quæ plorosque fonteis prætergreditur. Si enim ex acerba morte inferas prorsus ultionem divinam, nonne prorsus ex tranquilla benevolentiam inferes? Quid dices vero vel de uno Dionysio, cuius

*lib. 3. de nat. Deor.* impietatis gravissimis enumeratis pergit Cicero: *hunc nec Olympius Jupiter fulmine percussit, nec Aesculapius misero, diurnoque morbo tabescerent ineremur; atque in suo lectulo mortuus in Tympanidis rugum illatus est.* Sed hæc altioris sunt disquisitionis: & quod præsentem attinet locum, memorare sufficit Aristotelem optimè sensisse defectus, qui nobis à natura insunt, esse non exprobratione, sed commiseratione dignos. Plutarchus certè humanè se in eo uno gessit erga Epicurum; quod referens morbos, qui tam Epicurum, quām amicos ejus abduxerunt: *Hæc quidem, inquit, non exprobamus; quippe qui noverimus & Pherecydem, & Heraclitum gravibus morbis laboravisse: sed postulamus, &c.* Ut Pherecydem porrò memoravit, qui mortuus est phthisiasi, & Heraclitum, qui intercute; sic adjicere poterat Antisthenem, & Polemonem, qui interrière phthisi; Lyconem, qui podagra; Cleanthem, qui gingivæ putredine; & sic de innumeris aliis. *Quod postremò spectat ad ea, quæ Epicurus sepulcro suo incidi jussisse urgetur; constat profecto Suidam studiosè nimis collegisse rumusculos omnes in Epicurū ventilatos, dissimulatis interea iis, quæ seu vera, seu fide digna aut cōpererat, aut competerire potuerat.* Verba sane quæ objiciuntur, nullo modo existant in tota serie testamenti, quod apud Laertium

*l. 2. adv. Col.* *non exprobamus;* quippe qui noverimus & Pherecydem, & Heraclitum gravibus morbis laboravisse: sed postulamus, &c. Ut Pherecydem porrò memoravit, qui mortuus est phthisiasi, & Heraclitum, qui intercute; sic adjicere poterat Antisthenem, & Polemonem, qui interrière phthisi; Lyconem, qui podagra; Cleanthem, qui gingivæ putredine; & sic de innumeris aliis. *Quod postremò spectat ad ea, quæ Epicurus sepulcro suo incidi jussisse urgetur; constat profecto Suidam studiosè nimis collegisse rumusculos omnes in Epicurū ventilatos, dissimulatis interea iis, quæ seu vera, seu fide digna aut cōpererat, aut competerire potuerat.* Verba sane quæ objiciuntur, nullo modo existant in tota serie testamenti, quod apud Laertium

tiū conservatum integrum est. Seu verò testamento, seu codicillis Epicurus illud mandasset, Cicero non prætermisſet, qui curiosè adeò observavit Epicuri omnia, quibus posset disciplinam illius coarguere. *lib. i. de fin.* Heinc nihil necesse refellere comparationem Epicuri cum Sardanapalo, cæterisve similibus; maximè cùm perspicuum sit, eos, qui hujuscemodi comparationes instituunt, longè prorsus abesse ab ea Epicuris sobritate, quæ superiùs descripta est.

## LIBER SEPTIMUS.

DE OBJECTA  
EPICVRO VENERE.

## CAPUT PRIMUM.

*Declamatur in Epicuri Hortum, quasi in  
Lupanar infâme.*

*lib. adv.  
Col.  
lib. 10.  
lib. 2. c. 1.*

*loc. cit.  
loc. cit.*

*lib. 2.  
Strom.*

*lib. 13.*

**A**Idetur imprimis Epicuri hortus, fuisse quasi prostibulum, quò Scorta Græcæ convenienterent. Ecce enim partim à Plutarcho, partim à Laërtio, partim à Cleomede recensentur meretrices Leontium, Themista, Philænis, Nicedium, Erotium, Hedia, Marmarium, Bodium, Phædrium; præter Cyzicenam illam meretricem, quâ communī jure cum Polyæno Epicurum fuisse in hortulo usum Plurarchus testatur. Scribitur porrò apud Laërtium Epicurum simul, atque Metrodorum rem habuisse cum eisdem meretricibus, ac nominatim cum Leontio. Ac ne munus quoddam ad Lupanar necessarium deesse posset, ibidem adjicitur, unum ex memoratis illis Epicuri fratribus lenocinium exercuisse. Cum autem Clemens Alexandrinus sapientem in Horro quaternionem cum meretrice memorat, significare, opinor, Epicurum, Metrodorum, Polyaenum, Herniachum, ac meretricem Leontium. Ut verò de ipsa Leontio, quoniam evasit præ ceteris celebris, aliquid adjiciam, Athenæi verba hæc sunt: *Iste igitur Epicurus amicam habuit Leontium, quæ propter artem meretriciam rumore crebro celebrata est.* Hæc verò cum Philo-

phie

phie tñpisset operam dare, scortari non desitit; sed in hortis rem habuit cum Epicureis omnibus, ac propalam cum Epicuro; adeò ut ipse fuisse se mulum de eas sollicitum in suis ad Hemachum Epistolis declaraverit. Non memoro heic Danaen hijus Leontii filiam scortatam similiter fuisse, exstissequem nominatum Sophronis Ephesii amasiam, ut apud eumdem Athenaeum est. Possemus jam ad texere, quod superius attigimus circa nocturnam illam Philosophiam, synagogemque mysticam. Siquidem præter comprehensiones, & computationes possunt ea intelligi, quæ in nocturnis Bonæ Deæ facis patrati quordam objecta sunt: Et non ineptè quis intelligat ex hoc contubernio desumptum, quod Plutarchus scribit Corniadem quasi ex Ephemeride repertere solitum, quoties cum Hedia, & Leontio rem habuisset, Thasium bibisset, opipare cœnasset. Ex hoc certè esse videtur cur Epicurus iterum cum Sardanapalo conseratur, dum inter scorta purpuram nens, sua illis pensa distribueret. Cur item illud sodalitium comparetur gregi sociorum Ulyssis, ac jam à nostrorum plerisque dictæ Magorum Synagogæ. Cur denique hortus Epicuri similis dicitur Circes, Augiaeque stabulis, & ut nostrorum plerique declamat, Paradiso illi Mohammedis, dial. cum  
in quo, ut ipse Mohammedes (ex vulgariori versione) ait: Quicquid volunt beati praestò est, & quascumque, & quomodocumque volunt, voluptates habent, & qualiter, & ubi, & quando, & quantum, & quoties volunt, sine mora, & difficultate. Ita quidem, ut quas hic uxores habuerunt fideleis, habeant & illic; ceteræ concubina erunt; ancillarum vero non erit numerus, &c.

*lib. citas.**dial. cum  
Quicquid volunt beati praestò est, & quascumque, & quomodocumque volunt, voluptates habent, & qualiter, & ubi, & quando, & quantum, & quoties volunt, sine mora, & difficultate. Ita quidem, ut quas hic uxores habuerunt fideleis, habeant & illic; ceteræ concubina erunt; ancillarum vero non erit numerus, &c.**sap. Iud.*

## CAPUT II..

*Iterum Epicuri amores, & accepta ex iis damna.*

**S**ed ut specialius aliquid circa Epicuri amores dicamus, ex lib. 10.  
stat ecce apud Laertium velut fragmentum Epistolæ, quam ille ad Leontium scripsit: Παντὶ αὐτῷ, φίλοις Λεοντίου, ἐτελέσθεν-

*63*

επιγραφές (sic enim videtur melius apud Suidam, quam  
ceteris apud Laertium legi) οὐ γάρ τις εἰναι μετάλλων, Ο Regem  
Apollinem, chara Leontiola, quo nos tumultuoso plausu implorasti, tuam  
legenteis epistolulam? Quo loco sibi quis penè persuadeat audire  
illas delicatulas Poëtarum cantillationes,

Pande puella, pande capillus, &c.

*not. in 10.  
Laert.*

*loc. cit.*

*lib. i. adv.  
Coh.*

Ut appareat verò Epicurum ad extrellum usque senium de-  
periisse Leontium, cum ipsa ejus morositatem ægerrimè inter-  
rim ferret, exstat ecce in serie Epistolarum Græcanicarum  
Epistola quædam Leontii ad Lamiam ex secundo libro Alci-  
phronis, hocce initio : ἦδη δυσκολότερον, οὐ τούτου, ἐτι πάλιν μεροκοίσ-  
θε περιβότες. Εἰα με Εὐτιγρας ἔτις διοῖται, πάντα λαζαροῦται, πάντα ψηπτοῦται,  
ἴωταις διατάλυταις μοι γραφει. Κατινώπιον τὸ πάντα με τὸ Αφροδίτην, εἰ Αδα-  
νιστήν, ἦδη σύρθηκοτε γεγονότην ἀπειλεῖται λεγόμενον, φθειάντος, καὶ πλανο-  
σύρτος (πιτο, πρὸ φιλοσόφων) οὐ γε ταπεινωθεῖται πάλιν μόνον, αὐτὸν πίστω,  
&c. Nihil est, ut mihi videtur, repuerascente sene importunius : Quo sa-  
nè modo erga me Epicurus iste se habet, omnia improbans, omnia in su-  
spicionem vertens, literas ad me ambigiosas scribens ; abacturus sanè ex  
horto ipsum Venerem, tametsi Adonis foret, natus jam, ut est annorum  
octoginta. Abstinet illius amore teneat, qui & scatet pediculis, & planè  
morbidus est, contractus præsenio, nec injuria vellera gestans pro pileis,  
&c. Verùm ut ad amatorias Epicuri ipsius Epistolas redeam,  
idem Laertius istud ad Themistam Leontei uxorem scriptum  
ab ipso memorat, τοιούτη, φιοί, εἶπε, εἴ τινι εἴρεσι πρός με αἴφινδος, εἰστις  
τρεμούσις, ὅπου ἀντιμέτωπος, καὶ οὐ ποτὲ τοποθετεῖται, αθεῖται. Is sum, qui nisi vos  
ad me accesseritis, quòd me cumque vos, & Themista evocaveritis, possim,  
vel sapientius voluntatis, impelli. Ac paulò post idem Laertius : Rur-  
sum, inquit, ad Themistam scribens, adhortandum esse ipsam  
putat, uti ait Theodotus in libro præsertim quarto contra Epicurum. Addit Laertius scripsisse eumdem ad alias quoq; mere-  
trices. Sed ecce quid ad Pythoclem formosum adolescentem,  
scriptum ab illo referat, Καληδόμην, φοῖτι, προσδοκῶν τὸ ιαπετίν, νῆσον  
τον εἰρόδος. Sedebo, inquit, opperiens exoptatum tuum, & velut Dei ali-  
cujus, ingressum. Pythocles hic est, quem natum annos duode-  
viginti Plutarchus scribit fuisse monstrose ab Epicuro depræ-  
dica-

dicatum, cuique, muliebria cùm pateretur, fuerit apprecatus ut omnia sine reprehensione, invidiaq; contingerent. Ad eumdem puerorum amorem pertinere possunt blandulæ illæ appellitationes, ut cùm Epicurus ex eodem Plutarcho diminuta, ac <sup>ibid.</sup> infrausta voce Coloten vocare consuevit <sup>Κολωτερόν,</sup> <sup>κολωτηρόν</sup> Colotulum, & Colotillum.

Adtexi jam posset objecta Epicuro desidia, quæ, præter hor-torum ad delicias comparotorum amoenitatem, impromptu ciussa esse videatur quamobrem fuerit tantoperè ad venerea intemperans. Sed adnotare solùm juvat, cum ex molli desidia, adjunctaque intemperantia notum sit corpus effici enerbe, flum, effeminatum; nihil mirum videri, si corpus Epicuro contigerit, cuiusmodi suprà observavimus descriptum à Suida fuisse. Heinc cum Plutarchus objiciat nihil profuisse nec Epicuro, nec Epicureis ad decantatam illam corporis <sup>διάτησιν</sup> bonam, <sup>lib. de san.</sup> affectionem, seu probam constitutionem, quòd omnem actionem devitaverint, quæ honoris studium attineret; augeri id sane videtur ex eo, quod apud Suidam legimus, Epicurum fuisse adeò <sup>in Epicur.</sup> miserabiliter corpore affectum, ut surgere per multos annos è lecto non potuerit. Omitto autem quod Stoici, ut ex Cicero-<sup>lib. 7 fam.</sup> ne jam retulimus, extremos illos Epicuri morbos ad hanc quo-<sup>ep. 26.</sup> que speciem turpioris intemperantiae retulerint.

## C A P U T III.

*Abaetus proinde Epicurus è Philosophorum  
choro.*

**A**TQUE ex his tandem arguitur Epicurum videri indignum, qui Philosophorum adscribatur cœtui. Prætero enim quæ ex Cleomedे superius relata sunt, cum Epicurum abigeret ex Philosophorum choro. Prætero ut ab Epicteto, Hic-rocle, & aliis relegatus potius sit ad Cinædos, & meretrices, Alia ut attingam, Hemistius patrem suum commendans: *Hic, Orat. 2.*

Q

inquit,

inquit, Epicurum quām-celerrimē ē catalogo dimittebat, unguento in caput ipsius effuso, ut qui amans esset voluptatis. Epicuri, inquit Maximus, ne nomen quidem ipsum fero. Neque enim Philosophiam admitto, que lasciviat, ut neque Imperatorem, qui discedat ex acie. Ipse Laetantius, cum alias sāpē Epicurum stultitiae damnet, tum relatis illis jam antē citatis ex Lucretio versibus,

lib. 3.

Qui genus hum. inum ingenio superavit, & omneis  
Prefixit, stellas exortus uti aetherius Sol,

lib. 3. cap.

17.

Subdit: Quos equidem versus nunquam sine risu legere possum. Non enim de Socrate, aut Platone hoc saltē dicebat, qui velut Reges habentur Philosophorum? sed de homine, quo sano & vigente nullus ager inceptis deliravit. Sed ne id genus plura conlecter, observo foliū

lib. 4.

quod Arcefilas apud Laētrium interrogatus, cur homines ex ceteris ad Epicureos, ex Epicureis autem ad ceteros non migrarent, respondit: Quoniam ex viris quidem galli sunt; ex Gallis verò viri non sunt. Alludens scilicet ad Gallos sacerdotes Cybeles exsectos,

lib. 5.

& effeminate. Et possent quidem benē multi hoc loco enumerari ex Epicuri familia qui Philosophiaē asperserint labem: sed omnium instar esse potest ille ex Seleucia Diogenes, cuius jam antē facta est mentio. Scilicet narrat Athenaeus quemadmodum ille à Rege Alexandro petierit, obtinuerit, ac deinde Lysiōdo meretrici, quam deperibat, dono dederit tunicam purpuream, aureamque coronam virtutis effigie insignem. Itemque, quemadmodum in convivio celebri risus ingens fuerit excitatus, ubi hisce insignibus exornata muliercula apparere jussa est; cum vix tamē Philosophus ejus laudandæ faceret finem. Ad hūc locum spectat quod memorant Suidas,

in vob.

Epic.

lib. 9. vñr.

lib. 12. cap.

Ælianus, & alii Epicureos fuisse à Romanis publico Senatus decreto expulsos, itemque à Messeniis, quod Adolescentum corruptores essent, ac propter mollitatem, & impietatem, commacularent Philosophiam. Addunt verò illis ejectis (quod quidem fieri autē Solis occasum oportuit) iustissime Messenios, & à Sacerdotibus tempa lustrari, & à Timuchis urbem purgari; quasi scilicet à piaculis, sordibusque liberam factam. Referunt etiam ut Lyctii appellenteis illuc Epicureos abegerint, lege

apud

spud ipsos lata, ut effeminata, degeneris, & turpis sapientia inventores, atque adeò Diis invisi homines per praeconis vocem Lycto pellerentur: si verò quis eò venire auderet, ac legem istam contemneret, is in catastro vincitus teneretur diebus XX. prope Curiam, & nudus melle, ac lacte perfusus apibus, & muscis intra illud tempus fieret pabulum, eoque exacto, si superstes esset, ueste indatus fæminea, è saxo precipitaretur.

Uc verbo dicam, sic Apollinaris:

*Ait Epicureos eliminat undique virtus.*

*in epichal.*

## CAPUT IV.

*Epicurum castè vixisse docetur.*

**H**Abes huç-uisque quid Epicuro circa Veneream intemperantiam possit maximè objici. Placet porro initio statim his omnibus opponere testimonium viri & docti, & sancti, quem meritò innumeræ obloquentium turbæ præferendam censeas. Is est Gregorius Nazianzenus, qui cum in suis Jam-bicis continentiam aliquorum Philosophorum commendaret, de Epicuro sic ceciniret:

*Jamb. 13.*

*Ipsam voluptatem putavit præmium  
Epicurus exaltare omnibus laboribus,  
Mortaliumque tendere huc bona omnia.  
Ac ne ob voluptatem improbam, hanc laudarier.  
Quis crederet, moderatus, & castus fuit.  
Dum vixit, ille, dogma moribus probans.*

Nihil sanè hoc elogio illustrius; demonstrat enim ut Epicurus non modò casta docuerit (scilicet aliam voluptatem, quam Veneream, damnatarumque defendendo) sed castè etiam vixerit, hoc ipso arguens se voluptati obscenæ non patrocinari. Subscribit porrò Seneca, cum de Epicuro loquens: *Mirum est, inquit, aliiquid fortiter dici ab homine mollitiem professo; ita enim plerique judicant. Apud me verò Epicurus est, & fortis, licet manuteatus sit.* Verumtamen quid Epicurus seu docuerit, seu dixerit, suo

*epiph. 33.*

*Q. 2*

*refe-*

referendum est loco, ubi scilicet quemadmodum ille amores tam mulierum, quam puerorum penitus damnaverit; cum & intere à sufficere possit, quod ex Epistola ad Meneceum superius jam relatum est, Non enim puerorum, mulierumque fruitions, &c. De moribus hec agimus, quos etiam castos non dissentunt, qui opiniones ipsius fuisse impudicas existimant. Unus audiatur Cicero, *dicit*, inquit, *aliquis*, *Quid ergo tu Epicurum existimas ista voluisse, aut libidinosas ejus fuisse sententias?* Ego verò minimè; video enim ab eo dici multa severè, multa preclarè. Itaque, ut sepe dixi, de acumine ejus agitur, non de moribus. Quamvis spernat voluptates eas, quas modo laudavit, ego tamen meminero quod videatur ei summum bonum, &c. Quamobrem tametsi supposuerimus Epicuri doctrinam fuisse obscenam, & exsibilandam (quod suo ut receperimus, loco declarabimus, quām à vero abhorreat) adhuc tamen quod spectat ad vitam, & mores, continentissimus existit. Certè cùm audis Ciceronem memorare Epicurum aspernatum fuisse voluptates, est quòd putes Metrodorum seriò de se, & Epicuro dixisse, quod Plutarchus alicubi refert, videlicet, *in voluptates corporis se inspue.*

Postremò vero, ut habeas testimonium ab inimico, atque ideò omni exceptione majus, ecce ut Chrysippus de Epicuro senserit. Scribit Stobæus, quempian fuisse, qui & non iri captum amore virum sapientem dixerit, & ipsius Epicuri exemplo inter ceteros id probarit: *Chrysippum autem contradixisse, & Epicurum quod attineret, excepisse nihil ex ejus exemplo concludi, quoniā forēt ratiōne, sensu (seu passione concupiscibilis appetitus) carent.* Quo loco vides Epicurum tum citari ab aliis in exemplum continentiae, quae sit viro sapiente digna: tum adversarium ejus Chrysippum non negare ejus continentiam, sed illam solum tribuere stoliditati, potiusquam virtuti; quòd ut nihil aliud, saltem fidem facit Epicurū incontinentem, libidinosum venon fuisse. Hæc porrò Chrysippi redargutio cum ea consonat, qua Galenus Epicurum taxat, non sanè circa nimium, sed circa nimis parcum Venereorū usum; cùm, ut jam antè meminim⁹, censuit ipsum

173. Epid.  
em. I.

num.

*Serm. de  
Fin. C. am.*

nunquam prodeesse, multumque esse nisi & noceat; verum hac de re alibi. Adnoto heic solum nihil esse mirum si Chrysippus existimat hominis esse stupidi, ac bardi amore non capi; contra verò amore capi solertis esse, ac ingeniosi; quando se ipse hanc ratione factoque ipso planè solerterem, ingeniosumque esse probavit. Sanè, ne cætera consepter, legitur ecce apud Laertium ib. 7. turpia, infanda scripsisse. Quippe in commentario de antiquis physiologis, que de Iore, & Iunone tradit, turpiter confingit, (verba sunt Laertii) sexcentis versibus ea scribens, que nemo ne ore quidem inquinatissimo scribebat. Turpissimam enim, ut ajunt, illam scribebat historiam (tametsi laudat ut Physicam) scortis potius, quam Dijs congruentem, ac praterea ab iis, qui de tabulis scriperunt alienam. Neque enim apud Polemonem, neque apud Hypsicraten, ac ne apud Antigonum quidem inventi, sed ab eo confitam esse. In libro autem de Republica, etiam cum matre, & filia, ac filio commiscere corpus concedit. Hæc, &c plura sunt quæ Chrysippo attribui scribebat Laertius.

## CAPUT V.

Purgatur Epicuri Hortus ab infamia ex mulieribus.

Cum itaque Epicuri mores nihil impudicum habuerint, existimare par est non fuisse Hortum ipsius infame lupanar, tametsi mulieres nonnullæ commoratae in illo sint. Vel omnes enim, vel certè plures ex iis, quæ enumerantur, cum Epicuro sunt conversatæ, non ut se prostituerent, sed ut cum eo philosopharentur. Scilicet hoc novum non fuit, ut ingenuæ, praestantesque ingenio fœminæ in Philosophorum scholas æquè, ac viri convenirent. Ecce enim in Academia anditrices Platonis fuerant, & Lasthenia Mantinica, & Axiothea Phliasia, perinde ac Xenocrates, Aristoteles, & alii viri, ut Laertius memorat, adjiciens Axiotheam virili etiam habitu, ex Dicæarcho,

fuisse indutam ; cum addat easdem quoque fuisse Speusippi discipulas. Enimvero Pythagoras, nonne mulieres plurimas in disciplinam suam admisit, quemadmodum Porphyrius, Iamblichus, & alii scripsere? Nonne etiam ex Laertio plurimi uxores suas erudiendas ipsi tradiderunt, quae Pythagoricæ dictæ sunt? Ex harum fortè numero ipsa quoque Theano fuit; quippe quam non nulli voluerint uxorem fuisse cujusdam Brontini, Pythagoræ vero exstitisse non uxorem, sed discipulam. Quid memorem id etiam motis consequitis sacerulis fuisse. Audi enim Porphyrium de præceptore suo loquentem: *Audiebant Plotinum etiam mulieres nonnullæ, admodum sapientia ejus deditæ, quarum in numero erat Gemina, in cuius etiam laribus habitabat. Item Gemina hujus filia nomine similiter Gemina. Amphibia quoque Aristonis filia, & filii Lamblichi uxor. Multi quincunxiam viri, multæ & mulieres generis nobilitate pollentes, cum mortis jam propinquæ essent, liberos suos tum mares, tum fœminas unâ cum omni substantia Plotino, tanquam sacro cuidam, divinòque custodi tradebant, atque commendabant. Quocirca Plotini domum plenam jam puerorum, virginumque videres, &c.* Hæc cōmemoro, ut intelligas haud absimilem Epicuri scholam, quemadmodum intelligi vel ex uno ejus Testamento liquet. Atque, ut cætera omittam, potuerunt illæ fœminæ cum Epicuro conversatæ Pythagoricarum instar, uxores esse commorantium etiam cum ipso familiarium. De Themistâ certè, quod fuerit Leontei uxor, perspicuum est. Leontium quoque tametsi fuerit Metrodori concubina, pro more tamen patrio uxoris instar illi esse potuit, quemadmodum fuerat Aristotelii Herpyllis, ex qua suscepimus Nicomachus. Porrò, ut Leontium, serio Philosophiæ operam dedisse agnoscas, repetendum id solùm est, quod superius attigimus, videlicet habuisse illam, unde librum adversus Theophrastum Philosophum scribebat. Et ne quis putaret ipsam quidpiam solùm effutiisse muliebriter, testatum fuisse M. Tullium, opus hujusmodi conscriptum scito sermone, & Attico: Quibus verbis, & eruditio, & elegancia indicatur. Quin-etiā scribebat Plinius Leontium Epicuri cogitantem depictam fuisse; ut ipsam nempe intelligamus Philosophicis meditationibus deditam. Quippe si illa meretrice fuisse, profecto non cogitabundam,

*in vi. Pyth.  
lib. 8.*

*in vi. Plot.*

*Laert. lib. 5.*

*lib. 1. denat.  
Deor.*

*lib. 35. c. 21.*

dām, sed subsultanti oris habitu mulierem pingi oportuerat. Ut agnoscas etiam Thēmistā philosophatam feriō fuisse, notandum solum est Laetantium, cūm philosophari neget fœminas, unam tamen excipere ex omni memoria Themisten: & Ciceronem ita illius suspexisse sapientiam, ut in L. Pisonem agens, ironicas dixerit: licet sis Thēmistā sapientior: Nempe eo sensu, quo mox antè: Tu eruditior, quam Piso (avus scilicet prænomine Marcus) prudentior, quam Cotta, abundantior consilio, ingenio, sapientia, quam Crassus.

Edisslerendum fortè heic esset, admitti-ne, ut sunt imbecilla fœminarum ingenia ad Philosophiam debeat? Sed paucis, constat non sine invidia posse arceri à Philosophia, seu summi boni prosequutione, adeptioneque felicitatis, si quæ judicio, & affectu philosophico fuerint: cum & ejusdem nobiscum naturæ participes, easdem nobiscum doteis possideant, & pleræque ingenii acumine, ac labore præstent viris plurimis, etiam ex iis, qui existimant se optimè philosophari. Atque id quidem, ut experientiam plurimarum Héroidum, vereque doctrarum præteream, (quas inter semper eminebit, quæ rara nostri sœculi felicitate efflorescit Ultrajectensis illa puella Anna Maria Schurman, omni genere non virtutis minus, quam eruditionis ornatissima) prætereaquam etiam, si Plato voluit mulieres perinde ac viros sese immiscere Reipublicæ, non esse quod eadem à rerum speculatione prohibeantur. Deinde queri id etiam posset, an non imbecillum videatur castitatis præsidium in tanta familiaritate commisceri fœminas viris. Verum ut contendere nolim rem se in illa consuetudine perinde habuisse, ut si quæ spiam marmoribus copulavisset marmora, (puta cum magno temporibus illis non daretur vitio, si quis à se nihil humani alienum esse arbitraretur, ac damnatum solum haberetur etiam à Philosophia, si quis spiam intemperanter, cunque legum, sanitatis, ac famæ dispendio sese Venereis dederer) ita potuit tanta in illa conversatione esse moderatio, ut peccatum nihil fuerit adversus temperantiam; maximeque, cum tanta illeic coleretur sobrietas, quæ inimica est Veneris, & cum ipse qui præerat,

lib. 5. de  
Reſp.

insti-

instituebatque Epicurus, sic continens foret, ut jam diximus, & adversus Venerea ita declamaret.

Dices, si Epicurus cœlibem, continentemque vitam traduxit, ac neque uxorem, neque concubinam habuit; cur non eandem rem familiaribus, ac Metrodoro præsertim persuasit? Ratio esse potuit, quia fragilitati illorum consuluit, nec jugum ipsis impone, quantum subire ipse, voluit. Sic visum superiore libro, cum ipse dietim non toto asse pasceretur, concessisse Metrodoro, qui non tantum profecerat, ut pasceretur toto.

Postremò, quod Leontium non negetur fuisse Metrodori concubina; disquirendum esset an id fuerit Horto, seu Epicureo contubernio indecorum. Sed notum satis superque est, vix Philosophum ullum celebrari, cuius concubina aliqua non memoretur. Rem habes fusè ab Athenæo, inter cæteros demonstratam.

*lib. 13.  
Lin concubin.  
ff. de concub.  
Diff. 34. c. 5.  
ibid. can. 4.*

Et cum res temporibus nostris diffamata jam fuerit, exstat tamen leges Civiles, & Canonicæ, ex quibus evincitur fuisse aliter majoribus nostris usurpatum. Quod quidm attingo, non sanè, ut vitio queratur patrocinium; sed ut intelligas tanò minus damnari posse concubinarum usum apud Ethnicos, quanto olim, per ea, quæ nobis morum, pietatisque principia, regulæque sunt, prohibitus minimè fuit. Nihil heic adjiciendum est de nocturno illo conventu; cum ex dictis superiùs constet rem esse commentitiam. Illæ omnes comparationes cum Sardanapolo, cum Sociis Ulyssis, cum Augiæ stabulo, cum Paradiso Mohammedis, declamationes meræ sunt. Quod spectat ad Corniaden, non fuit ille Epicureus; sed Plutarchus solum innuit non debere virum sapientem similes res turpeis cogitatione repetere, ut faciebat Corniades, homo scilicet perditus, quem etiam ab Epicuro improbatum non obscurè colligitur ex ipso Plutarchi contextu.

## C A P U T V I .

*Reselluntur Epicuri amores, & damna ad  
ipsoſ relata.*

R Eſpondendum ad ea reſtaret, quæ ex Plutarcho, Cleomedes, itemque ex aliis apud Laertium obiecta ſunt: Sed & notum ex antē-dictis quā mente illi animati adverſus Epicurum fuerint, & repetitum eſt aliquoties, ut Laertius dixerit iſtanōs, qui talia comminiferentur. Sanè quod attinet præſertim ad amatorias Epiftolas, nemo ambigat illas ex iis fuiffc, quas Diotimus Stoicus Epicuro imposuit. Ac de Leontio, & Themistā, quarum altera concubina, altera uxor familiarium fuerit, res ipſa planē reclamitat; maximē verò cū Laertius referat hanc coimmentationem ad obtreſtatorum iſtaniam. Opinor autem, si Laertius recitata ex Alciphronē Leontii Epiftolam habuiffet ad manum, idem de ea fuiffe lātūrum judicium. Nempe ſive Alciphron ipſe, ſive alijs confinxerit, appetat ſanè captata nimis, affectaque declamatio. Heinc non memoro ut Leontium, veluti etiam Metrodorus, ante Epicurum diem obierint, cū Epicurus filii ipsorum Epicuri nomine, tanquam pupilli in testamento, & meminerit, & curam habuerit; ut intelligas quī Leontium ſcribere ad illum potuerit, & jam quidem octogenarium; cū ipſi Epicurus ſupervixerit, ac deinceps obierit, yix annum egressus ſeptuagesimum primum. Quod ad Pythoclem attinet, cāterosque adolescentieis, parem cauſam Laertius facit, cū ex eadem iſtan Epiftolas depromptas refert. Et certē cum Pythoclem ipsum, ac eriam Menœceum, & alios Epicurus ita ad philofophandum, excolendumque virtutes, ac nominatim continentiam adhortatus fuerit, ut quæ ſupersunt Epiftolæ partim integræ, partim per fragmenta, declarant; longē omnis ſuſpicio evanescit, aboleturq;. Nisi porrò Stoici fateantur potuisse illa de Epicuro præter verum, ac jūs euulgari, quid dicent ad ea, quæ de ipſo quoque Zenone in vulgus abierunt? Antigonus enim Caryſtius (Athenæo referente) in lib. 13.

lib. 7.

eius vita scriptum reliquit, ut pueris semper sit usus, nunquam  
verò fœminā; tametsi Laertius scribat semel, aut bis ancillulā u-  
sum, ne mulierum oīor esse videretur. Sed & nisi ad locorum,  
temporumque consuetudinem; aut, quod magis placet, ad male-  
volorum, & sycophantarum calumnias confugere liceat, quānam  
excusatio prætexetur iīs, quā vulgo de Socrate, cæterisque san-  
ctissimis Philosophorum circumferuntur? Nam ut nihil dicam  
de Xenophonte, qui ut puerum Cliniam deperierit, apud Laerti-  
um scribitur; Ut nihil item de cæteris, quos longum foret enu-  
merare: nonne ruborem excitabunt, quā de Philosopho habito  
divino jactantur? Vides quid ipse Apuleius, quanquam fuerit  
Platonicus, non dissimulet à Platone scriptum. Inter cætera e-  
nim amatoria legitur scripsisse ad Astarta puerum:

Apol. 1.

*Astra vides; utinam siam, mi Sidas, Olympus,*

*Ut multis sic te lummib' videam.*

Et ad Dionem,

*Civibus ingenti in patria laudate, jaces nunc,*

*Qui insanum me animi reddis amore, Dion.*

lib. 3.

lib. 19. c. 1.

lib. 2. 9a-

ann. 6. 2.

Plura habet Laertius circa amores Alexidis. Phædri, aliorum,  
quos Plato deperierit; sed præsertim illud, *Ψυχὴ Αἰσθητικὴ*,  
&c, quod tum Agellius, cum Macrobius redditum memorant la-  
tinè plusculis illis versibus.

*Dum semihulco savio*

*Meum puellum savior, &c.*

Ut jam de objecta Epicuro desidia dicatur, nihil necesse est  
præmittam de amicitate hortorum; Quasi nempe illa compa-  
retur solum, ut libidinum sit illectamentum, & non potius ut  
philosophantium animus exhilaretur, ac mirā quadam alacritate  
seu ad meditandum, seu ad disserendum excitetur, ex pulcritudine  
illa varieitateque arborum, herbarum, foliorum, florum, umbra-  
rum, rivulorum, volucrum, susurrorum, ambulacrorum, & si quā  
sunt hujusmodi. Profectō & hoc Epicuro non fuit peculiare, ut  
seu in horto philosopharetur, seu hortos ad philosophandum Se-  
ctatoribus relinquere suis. Nam & Plato, & Sectatores ha-

*Barr. lib. 3. buēre hortum in Academiā emptū ab Anniceride; cūm ille etiam*

in

in horto, qui fuit apud Colonum, philosophatus dicatur. Rursus Theophrastus suo testamento hortum, ædeisque adjacentes <sup>lib. 5.</sup> micis, qui philosophari in illis optarent, concessit, uti apud Laertium est; qui rursus alij quoties ejusdem horti meminit, cùm suc <sup>ibid.</sup> cessorum vitam describit. Quod superest, otium liberale fuit, non segnis desidia, exactum in hortis Epicuro tempus. Et certè vel sola librorum ab Epicuro scriptorum multitudo, ac varietas, satis magno est argumento ipsum non mollitie, ignavia, languore totos dies obtorpuisse: sed integrum potius ætatem impendisse Philosophiæ. Otia, inquiunt, dant vita; verum hoc de segnitie illa intelligitur, quâ piger vel dormit in utramque aurem, stertitque quantum despumare Falernum sufficiat; vel ad nequitiam animum componit, seque ipso abutitur; non autem de vacatio-  
ne illa, quâ quis sibi feriationem à negotiis, rebûsque gerendis procurat, ut animus curis solutior inquirendæ veritati studeat, seu, quod est idem, philosophetur. Sed de hoc otio plura alijs, cùm etiam declarabimus non esse ipsum caussam morborum, ut vulgo existimatur, aut præmaturi obitus. Hoc porrò attingo ut jam innuam, si Epicurus imbecillus, si morbis obnoxius fuit, <sup>lib. 5. T. 5.</sup> maximis doloribus discruciatu*s* iateriit, non hæc fuisse damna ex ullâ ipsius seu inertâ, seu nequitâ, ac libidine consequuta; sed constitutionis fuisse vitium, quod in ipso ortu ex parentibus acceptum non valuerit satis ullo studio seu tollere, seu emendare. Id unum quod præstare potuit, generosè præstitit, dum tantâ constantiâ dolores, ac mortem ipsam toleravit. Quocirca ne tempus teratur in refellendo vel Suidam, vel alios illos apud Laertium, audire præstat Ciceronem, dum commendat extremam illam E- <sup>lib. 5. T. 5.</sup> picuri constantiam: Ordiamur, inquit, ab eo, si placet, quem mollem, quem voluptarium dicimus. Quid? ita mortem-ne videtur, an dolorem timere? qui cùm diem, quo moritur, beatum appellat, maximisque doloribus affectu, eos ipsos inventorum suorum memoriam, & recordatione confusat. Nec hoc sic agit, ut ex tempore quasi effutre videatur: De morte enim ita sen-  
tit, &c. Præstat & M. Antoninum, apud quem verba Epicuri sunt, <sup>lib. 9. de</sup> Eτ τῇ ζέω, σὺν δους μει αἱ ὄμηλαι τοῖς τῷ Σαμαῖν παθῶν, ἐδί περὶ τῶν οὐτιστὰς παθῶν πατέλλεται, εἴλα τὸ πεγγυεύθρα φυτελοῦσι διπτήλαν καὶ περὶ <sup>αὐτῶν</sup>

autem et regnatur (ita videtur, pro hoc, ut et in diuersis non meminimus) videtur, pro summis etiam maxime (videtur, pro summis etiam maxime) ratiocinio cuiusdam Cogitatio cuiusdam, et cogitato loco (videtur pro abscens) omnes idem agerentur mecum. sed nos iugisque iungimur, quod est in nobis, unde et illud est in nobis, quod est in nobis. Dum morbo teneret, familiares sermones non erant mihi de doloribus, quos tum perpetiebar in corpusculo; neque cum iis, qui accedentes invisebant me, hisce de rebus quicquam loquebar; sed in differendo de rebus naturae principiis determinabam tempus. Cumque ad hoc intentus forem, ipsa interim mens motio-  
num in corpusculo excitata non particeps, imperturbata, ac bonum suum intemeratum servans, constabat. Quin etiam ne Medicis, quidem tanquam remedia adhibendo quidpiam praestituris permittebam me; & vita nibilominus non male, neque indecorè congruebat. Cui profectò loco accommodari potest quod habet alia occasione idem Epicurus apud Senecam, dum, Magnificentior, inquit, mihi crede, serino tuus in grabato videbitur, & in panno: Non enim dicentur tantum illa, sed & probabantur. Itemque Senecam, dum post commendatam illam Epicuri de Sapientia, ac beata vita in Phalaridis taurum descensura sententiam, de qua dicendum alijs, tum multis interpositis, memorat illam mala valetudinis, & dolorum gravissimorum perpersionem, in qua, inquit, Epicurus fuit illo summo, ac fortunatissimo die suo: Ast enim se resicat, & exulcerati ventris tormenta tolerare, alteriore doloris accessio-  
nem non recipientia; esse nibilominus sibi illum beatum diem: beatum au-  
tem agere, nisi qui est in summo bono non potest. Et statim: non potest dici  
hoc non esse par maximu bonum, quod beatæ vita clausulam imposuit, cui E-  
picurus extrema voce gratias egit.

## CAPUT VII.

*Restituitur Epicurus in Philosophorum  
chorum.*

**N**unc, quod Epicurus ab aetate philosophorum choro a be-  
ne multis esse videatur, nihil profecto mirum est. Alii enim  
ex

ex studio Seccæ malè affecti in ipsum suè, ut Epicetus, Cleomedes, alii, præter Stoicos illos antiquiores. Alii seu ignoraverint, seu dissimulaverint quanta fuisset in Epicuro seu doctrinæ calsimonia, seu vitæ continentia; præ quadam tamen festivitate, virum perinde excepérunt, ac si fuisset tam moribus, quam dogmatibus voluptuarius; ut Pater ille Themistii. Alii, cum fervore quodam declamationis abriperentur, facile eo delapsi sunt, ut de Epicuro sermonem haberent juxta vulgarem sententiam, quemadmodum Maximus Tyrius. Alii pro studio virtutis, affectuque pietatis sic expedire judicayerunt; ut nonnulli sanctorum Patrum, quibus accensetur Laetantius. Enimvero, quid putas est dicendum de Arcesila Epicuri contemporaneo? Idem profectò, ac fortè pejus, quam de ipsis Stoicis. Imprimis quippe Arcesila ex eo oderat Epicurum, quod cum auram popularem insolenter prorsus captaret (φιλοξενος, και φιλεδοξος) exempli causa, vocibus illis, quæ sunt apud Laertium, Ajo ego, & non assentietur his quispiam? Epicurus lib. 4. aliquando ipsum sic taxaverit, quasi nihil jactaret proprium, sed desumptum solùm ex Platone, Pyrrhone, Diodoro. Id inuit Plutarchus Epicarum scribens dixisse de Arcesila, lib. 1. ad 6. περι της ιδεας λεπτων, επιστημης, και δοκιμης αριστοτελος αρχαιωτατος, Col. ipsum, cum nihil proprium efferret, opinionem de se, glorianque apud homines illiteratos parasse. Deinde mirum, qui Arcesila Gallos vocaret Epicureos, ipse palam usus Theodota, Philateque scortis, itemque Demetrio, ac Leochare adolescentulis; adeò ut proinde illum corruptorem juvenum, & cynædo dignolquentem Aristo Chius dixerit; quod memoratur apud Laertium. Sed hæc ut missa faciam, magnisque quosdam viros opponam, qui Epicurum inter summos Philosophos habuerint. Occurrit imprimis Menander, Epicuri coætaneus, ac proinde mortum ipsius, placitorumque intelligens. Hujus testimoniū quanti sit faciendū cognoscas ex Plutarcho velim, quo loco ejus comparationem cum Aristophane instituit. Ipse itaque Epicurum cum Themistocle ita confert, ut quemadmodum libertatem patiat ad Themistoclem, sic ad Epicu-

rum sapientiam ejusdem patriæ referat, memorabili illo disticho in Anthologia assertato, indicatoque superius.

*χαιρε Νεοκλείδη διδύμων γέιας, ἀνὴρ φράντισσα.*

*Πατρίδα διδύμων αὐτὸν Καθέ, οὐδὲ ἄφεσσεν αὐτόν.*

*Par Neoclidarum, quorum unus libera ut esset,*

*Alter uti saperet Patria, scit, Ave.*

lib. 10.

Sequitur ille Athenæus, cuius quoque suprà ex Laertio meminimus. Is nempe celebrem sententiam ex Epicuro descriptam prosequitur hoc disticho :

*Τέτοιος Νεοκλέος πινακίδη τίκτων οὐ παρεῖ Μεγάλη*

*Εὐλυκει, οὐ πυργίς ιερὸν τριπόδου.*

*Hoc Neoclis natum sapientem dogma Camenæ,*

*Aut Phœbi Tripodes edocuere sacri.*

lib. 1. de them.

Adtexatur ille etiam memoratus Constantinus Porphyrogeneta, Imperator eximiè doctus, qui Insulam Samum describens : Ex hac, inquit, prodierunt viri sapientie laude insignes, Pythagoras Samius Mnesarchi filius, & Epicurus Neoclis, & Melissus, aliisque non pauci. Quod porrò cum Pythagora Epicurus heic copulatur, id in memoriam revocat, quod habet Laertius in fine vita Pythagoræ, dum Epicurum Philosophis ex Pythagora propagatis, & memoratu dignis accenset. Nihil verò necesse est uberioris Laertii testimonium adficere, cum de illo jam satis constet, Quin-etiam nihil videtur opus corrogare loca seu ex Sexto Empirico, seu ex cæteris auctoribus Græcis, qui Epicurum non postremum inter Philosophos habent. De Latinis res sati constat. Nam Cicero etiam non modò interdum nobilem Philosophum dicit, sed passim quoque nobilissimis Philosophorum intermiscat. Sic Seneca, dum iis respondet (ut cæteram reticeam) qui objiciunt Philosophos aliter vixisse, quam docuerint : hoc, inquit, per malignissima capita, & optimo cuique ini-micissima, Platonis objectum est, objectum Epicuro, objectum Zenoni. Sic Apulejus, ubi adnumeravit picurum Anaxagoræ, Leucippo, Democrito, cæterisque, ut loquitur, rerum naturæ patronis, ac enumeravit deinde Epimenidem, Orpheum, Pythagoram, Ostanem, Empedoclem, Socratem, Platonem, sub-jungit: Gratulor igitur mihi, cum & ego tot, & tantis viris adnumeror.

Præ-

in lib. de fin. &c.

lib. de vit. be. cap. 17.

in Apolog.

Prætereo Patres, ut ex Græcis B. Gregorium Nazianzenum, *Iamb. 18.*  
quem antè citavimus; ex Latinis<sup>1</sup> B. Ambrosium, qui docet *lib. offic.*  
*Epicuri hortos tolerabiliiores esse Lyceo Aristotelis.*

Hoc verò addo: Cùm Epicurus, infamis fuisset habitus totâ illâ penè sæculorum serie, quâ literæ bonaæ sepultæ jacuerunt; vix tamen libros humaniores, pulvere excusso, rediisse in manus ante duo ferè sæcula, quâm omnes penè eruditissimum pro eo contulerunt. Accipere vis aliquos? Ecce Franciscus Philelphus in Epistolis: *Quamvis, inquit, improbetur Epicurus à multis;* video tamen ab illo eam voluptatem maximè omnium laudari, qua sit animi, quæ sapientiam, virtutemque consequatur. In Libris autem de Morali disciplina, & sapientem, inquit, Epicurum, & vita continentissima exstisit esse constat. Alexander ab Alexandro in diebus genialibus: *Epicurus, inquit, summus voluptatis assertor, victu frugali, & modesto contentus, aquâ, & polentâ, aut pane hordeaceo victum quasivit, contraque paupertatem in victum animum gesit;* non quid voluptates aversaretur; sed quid in tenui victu se plus voluptatis experiri ajebat; cuius rei argumentum est, quod oleribus, & pomis, ac vilibus cibis, quibus vivendum censuit, libros referat. Cælius Rhodiginus in antiquis lectionibus: *Caterum, inquit, quod utique mirari me plurimum fateor, ille voluptatis assertor Epicurus omnes libros suos replevit oleribus, & pomis, vilibusque cibis, adstruit esse vivendum.* Raphaël Volaterranus in Anthropologia: *Epicurus, lib. 15.* inquit, summum bonum, non ut Aristippus in voluptate corporis, sed in doloris vacuitate ponebat: honestam vitam, & tenuem victum diligebat, quod parabilior esset, & anxietas animi in paradisi lazieribus vitabatur. Joannes Franciscus Picus Mirandulæ Comes in examinatione doctrinæ vanitatis gentium: *Neque, inquit, ut Simplicius ait, voluptate voluptatem venabantur Epicurei;* sed laboribus maximè & continentia. Verum nunquam finis eslet, si vellem suffragia simillima colligere, & recentiorum maximè ad usque Erycium Puteanum, cuius Eulogium de Epicuro inter præfandum allatum est, vel potius usque ad teipsum, L U I L L E R I amicissime, qui cùm illud Menandri ex me accepisses, excepisti statim fuisse Epicurum nomine suo dignissimum (nempe auxiliatorem sonat)

sonat) ac multò ampliùs illi debere non Atticos modò, sed & omnes homines ob purgatam amentiam, quām Philagenses Apollini, quem ~~Euriceus~~ cognominarunt, templo constituto, ob depulsam pestem.

Enimvero heic tacere non possum duos, aut treis eximios viros, qui seu de Secta Epicuri, seu Apologiam pro Epicuro conscribere aggressi sunt. Unus est Baptista Guarinus Veronensis, quem de Secta Epicuri librum scripsisse Tithemius refert; et si neque nos viderimus illum; neque Naudæus etiam noster comperire usquam, etiam in Italia potuerit. Alius est in fin. Rhet. M. Antonius Bonciarius Parisiensis Professor, qui in catalogo Operum suorum, se compoñisse librum, testatur, cui titulum fecerit, *Epicurus, sive dialogus de antiqua Philosophia*, in quo efficacibus argumentis, & doctorum virorum testimoniis probatur, nūminem ex priscis Philosophis accessisse propius ad veritatem, quām Epicurum; contra, nullos ab ea longius recessisse, quām Stoicos. Tametsi iste quoque liber, nunquam fortassis editus, nec nobis est visus, nec amico nostro, quem vix tamen ulli rarissimi fugiunt: Tertius est Andreas Arnaudus Forcalquierensis in hac Provincia Prosenescallus, qui in libello, cui nomine *Ioci*, Apologiam pro Epicuro inter cætera edidit, brevem illam quidem, & foliis paucis; se dīn qua tamen ea delibantur ex Laertio præfertim, atque Seneca, unde convincatur, quod vir ille pereruditus initio proposuit, fuisse Epicurum in iustius laceratum, & lantatum ab obrectatoribus. An opponam tandem coronidis vice, quod Poeta Stellatus ante centum annos de Epicuro cecinit ex Zodiaco vitæ desumptum?

Ob vias ecce senex quidam mihi venit acerno  
Innixus baculo, mitidoque indutus amictu:  
Cana tenis medio pendebat pectore barba,  
Pulcra cutis, lata & facies, varioque colore  
Florea candenteis decorabant ferta capillos.  
Cominus ut dedimus citroque, ultraque salutem,  
Quid pergam, quis sim, quō dicar nomine, querit.  
Respondi, atque eadem pudibunda voce rogavi.

*de script.  
Eccl.*

*in fin. Rhet.*

*apag. 215.*

*In Gint.*

At postquam proprium nomen mibi reddidit (ipse  
Namque Epicurus erat) stupui, ceu rusticus, agrum  
Qui fodiens reperit latitantem obscurius arcum.  
Atque ego iunc: venerande senex, sic numina semper  
Cunctatus favent votis, sapientia quando  
Mira tuis habitat fibris; nisi falsa loquuntur,  
(Ut plerumque solent) homines, præcepta salutis  
Da precor; & juvenem prudentibus instrue dictis, &c.

## C A P U T VIII.

## De exactis Epicureis.

**Q**Uod ad pulsos ex urbibus Epicureos attinet, neque negavi sanè unquam, neque negaturus sum, quin Spurii seu fuerint, seu esse potuerint, qui depravato vitæ instituto, una cum Sectæ dedecore Philosophiam commacularint. Verum istud commune fuit Sectarum omnium vitium, ut adulterinos, ac degeneres fœtus educarent, à quibus demùm infamarentur. Athenæus quoque ipse statim post enarratam illam de Diogene historiam, pejorem aliam recitat fusiùs de Athenione Peripatetico, ut de cæteris nihil dicam. Scilicet ea est humanæ imbecillitatis conditio, ut modum diù servare non possit. Quantumcunque enim regiam viam prætendas, sperandum non est, ut vel omnes illam ingrediantur, vel ex ingressis nemo desflestat. Ea est sors rerum, ut optima quæque vel multis, vel crebro displaceant. Recense vitæ institutum tametsi innocens, & sanctum, in quod qui fuerint cooptari, omnes exhibuerint se insontes, atque impollutos, & Apollo magnus mihi fueris. Atque hoc dico propter illos, qui Epicuri familiæ inscripti ab exemplo, præceptisque ejus honestissimis defecerunt. Siquidem negandum aliundè non est, quin plurimi, ac ferè omnes vestigiis ipsius institerint constantissime. *Ac mibi quidem, inquit*

lib. 2. de  
fin.

quit Cicero. quod & ipse bonus vir fuit, & multi Epicurei fuerunt, & hodie sunt & amicitiis fideles, & in omni vita constantes, & graves, nec voluptate, sed officio consilia moderantes, hoc videtur major vis honestatis, & minor voluptatis. Spectare huc posset, quod est supra oitentum, Epicureos diutissimè floruisse in urbibus, etiam cum aliorum deficerent Sectæ: ac fuisse etiam aliquibus positas statuas, &c.

lib. cit.

ibid.

lib. 12. &amp;

13.

lib. 5. in

Theophr.

lib. 1. memo-  
rab.

in Apolog.

cap. 7.

in Cat.

maj.

lib. 15. c. 11.

Quod aliquæ autem civitates Epicureos ejecerint, Primum contingere id potuit propter paucorum aliquot vitia; neque enim insolens est, ut pauci delirent, & multi plectantur. Deinde seu Messenii, seu Lycti, seu Romani, seu populi alii induci facilè potuerunt ad abigendum Epicureos; quod persuaderentur ab aliarum Sectarum professoribus, qui, quod essent populares, ideo voluptatis exagitant nomen, ut inde calumnias facilius, speciosiusque contexerent. Nihil repeto de Stoicis, cum Epicurei omnes usurpare semper potuerint quod Torquatus apud Ciceronem: *hic Stoicorum more nos vexat*. Addere solum juvat quod ipse Cicero in Epicureorum causa habet. Professor enim se de ingenio, non de moribus querere: Sit ista, inquit, in Gracorum levitate per veritas, qui maledictis insectantur eos, à quibus de veritate dissentiant. Postremum vero, quod caput est, non Epicurei modo, sed & alii Philosophi urbibus sapè expulsi sunt. Notum ut omnes Antiochus è suis provinciis, Lysimachus è suo regno, Athenienses ex Attica publicis editis, decretisque excedere, exulareque jusserint, uti Athenaeus, & Laertius habent. Meminit etiam Xenophon latè à Critia legis adversus Philosophos, & Tertullianus ejusdem confirmat Philosophiam à Thebanis, Spartiatis, Argivis. Alia ut reticeam, ac ne memorem quid Cato Censorius agendum censuerit occasione legationis Carneadis aliorumque Philosophorum à Plutarcho expositum, sufficere potest Senatus consultum per ea tempora Romæ factum, nempe C. Fannio Strabone, & M. Valerio Messala Coss. (hoc est anno ante Christum clx.) quod refertur ab A. Gellio in noctibus Atticis. Addit autem Agellius, recitato etiam alio de coercendis Rhetoribus:

ribus : Neque illis solum temporibus nimis rudibus , necdum Græcæ doctrinæ expolitis Philosophi ex urbe Româ pulsi sunt : verum- etiam , Domitiano imperante , Senatus consulto ejecti , atque urbe , & Italâ interdicti sunt : Quâ tempestate Epicetus quoque Philosophus propter id Senatus consultum Nicopolin Româ decessit . Ex quo licet intelligi non posse Epicureos infameis haberi , quod expulsi fuerint , nisi infames etiam habeantur Philosophi cæteri , ac nominatim Epicetus , cuius virtus admodum emicuit . Ac ne objicias Epicureis ejiciendis additam caussam , quod Magistri essent voluptatum , & adolescentum corrumperent mores ; ecce aliis quoque Scientis prætexus quæstus , notatusque est . Nam , ex Sexto Empirico , Socraticæ objectum est , quod floccifaceret divina : & Cato censuit ablegandos ex urbe Philosophos , quod ipsi ad literarios ludos regressi apud Græcorum filios differerent ; Romana autem pubes conferret se , ut antè , ad obtemperandum legibus , & Magistratibus . Quæ , & plura de odio Catonis adversus Philosophos , ac nominatim in Socratem , videre licet apud Plutarchum .

*lib. 2. ad. Mathe.*

*Ios. citat.*

## LIBER OCTAVUS.

DE OBJECTA  
EPICURO O D I O L I B E -  
R A L I U M D I S C I P L I N A R U M .

---

## CAPUT PRIMUM.

*Objicitur, quod Disciplinas universè oderit.*

lib. 5. Metaph. c. 1. Ibrum tandem hunc circa mores Epicuri atteximus, quod disciplinas odisse, ut Epicuro objicitur, maxima labes morum videatur. Adde quod ejus Philosophiam explicaturis postmodum, operæ prestitum videbitur præmisso peritus-ne, an imperitus fuerit liberalium disciplinarum, quas antiqui soliti fuerunt à Philosophia sejungere; nisi quod Aristoteles Mathematicas Philosophiæ speculativæ partem fecit. Mitto easdem esse, quas arteis ingenuas, & bonas literas appellant, quasque qui callent, tum eruditi, tum Encyclopæ, diam perfecisse dicuntur. Arguitur ergo Epicurus, quod adversus illas tum in genere, tum in specie peccaverit. Ac generaliter quidem, dupli ex capite. Primum, quod ipse aversatus disciplinas fuerit. Testatur id verò Sextus Empiricus, causâ additâ, quod existimaret illas ad sapientiam nihil pertinere; quod hic esset illi prætextus inscitia; quod male affectus foret adversus Platonem, Aristotelem, & alios disciplinarum peritissimos; quod denique inimicitiias ageret cum Nauphane, qui & disciplinarum erat admodum studiosus, & propterea multis habebat adolescentiis apud se. Confirmatur & ex Quintiliano,

*lib. 1. adv.  
Ma.*

tiliano, qui manifestis verbis scribit fugisse Epicurum omnes disciplinas; & ex Cicerone addente, quod propterea nihil oleret ex Academiam, lib. 2. inf. c. nihil ex Lyceo, nihil è puerilibus quidem disciplinis; Et ex B. Hieronymo, cuius hæc sunt verba: Exceptus his, qui cum Epicuro literas non dicerunt. Deinde, quod alios etiam ab eisdem disciplinis alteruerit. Ecce enim apud Laërtium citatur ad Pythoclem Epistola, in qua scripsit, πανδειας η παντας μηδειας φερεις, disciplinam omnem, ô beate, devita. Commemoratur idem à Plutarcho, Athenæo, & aliis. Addit verò Plutarchus: Pythoclem omnes & viri, & foeminae (ex Epicuri intellige Sectâ) per Epicurum orant, obsecrantque, ut disciplinam non affectet, que liberalis dicitur. De Apelle verò quodam mirabundi, & amplexabundi scribunt, quod jam ab initio à disciplinis abstinentes, primum se conservaverit. Hæc Plutarchus. Athenæus autem: Epicurus, inquit, memoremus, qui non initiatissimis circulo disciplinarum, beatos prædicavit illos, qui eodem modo, quo ipse, ad Philosophiam accederent, ejusmodi voces effundens: Fortunatum propterea te, quod ab omnipotens disciplina (πανδειας enim, non αινιξ videtur esse legendum) ad Philosophiam te conferas? unde & Timon de ipso ait:

Edoctus minimum viventum, Ludi-magister.

(Scilicet ἀράγομενος appositi magis in versibus illis Timonianis edoctus minimum, seu ineruditissimus vertitur, quam intemperantisimus, ut aliqui seu Laertium, seu Illustrium interpretantes, acceperunt.) Ad Ciceronem attendamus: Hæc Epicuri, inquit, non probabo: de cetero, vellem equidem aut ipse doctrinis fuisse instructior (est enim quod ita videri necesse est, non satis politus iis artibus, quas qui tenent, erudit appellantur) aut ne deteruisset alios à studiis. De Sectatoribus consequenter; Qui si, inquit, ut ego nesciam, sciant omnes quicumque Epicurei esse voluerunt, quod videri quidem vel optimè disputant, nihil opus esse eum, qui Philosophus futurus sit, scire literas?

## C A P U T II.

Itemque speciatim, quod Grammaticam,  
Poëticam, &c.

**S**pecialiter porro de Grammatica, lapsus Epicuro circa sermonem objecti, videntur omnino rem confidere. Si loquendi  
 vim, inquit Cicero, si consuetudinem verborum tenuisset, nunquam in tan-  
 lib. 2. de fin. tas salebras incidisset. Et rursus: In hac exposita sententia, inquit, sunt  
 lib. 1. de nat. qui existimant, quod Epicurus insciā planè loquendi fecerit, fecisse consultio.  
 Deor. De homine minime vasto male existimant. Heinc legimus apud Laer-  
 lib. 10. tium Epicurum multa circa sermonem ignoravisse. Et, Epicurus,  
 lib. 1. adv. inquit Empiricus, convincitur esse in multis indoctus, neque purè etiam  
 Ma. loquens in communi consuetudine. Jam Cleomedes, postquam hæc  
 lib. I. c. I. proposuit ex Epicuro corrupta, Καὶ τὸν κατὰ τὴν φύσην τὸν τελείωτα, τὸν τελείωτον τὸν τελείωτα, constanteis carnis habitus, certaque de ipsis spes; no-  
 tantur etiam voces ἀπόστολος, εἰποτεροῦ à Clemente Alexandrino)  
 lib. 6. Strom. λαπαγματικά, oculorum pinguedinem ( lacrymam videlicet ἀπό-  
 στολος γάστρι μετα, sacras vociferationes; γαστρικούς τόπους, titillationes  
 corporis; λαπαγματικά, blandimenta; tum subdit, alias quoque esse ejus vo-  
 ces pravas, atque infelices, quārum aliquas quispiam dicat, inquit, ex lupa-  
 naribus esse; quādam similes iis, quā proferuntur à mulierculis Cerealia ce-  
 brantibus; nonnullas ex media proseucha, & eorum, qui in ipsa (legen-  
 dum enim esse videtur ἀντί, non ἀντί) deprecantur, Indiae veluti,  
 & adulterinas, ac humi repentibus multò humiliores. His affine est, quod  
 de auditis. habet Plutarchus; Nam, Putidus, inquit, Epicurus est, cùm de  
 amicorum epistolis loquens, ἀποθεόουσα πάντας τοὺς τυμους  
 applausum excitari ab ipsis dicit. Omitto, quod idem Plutarchus  
 impatienter ferat Platonem ab Epicureis postulari reum confu-  
 sionis verborum; scilicet à viris, qui Gravo sermone utantur adē accu-  
 ratē? ac illis etiam deinde objiciat, quod voces tollant funditus, cäte-  
 raque similia.

Attexere juvat contemptum, negligentiamque Poëticas.  
 Quip.

Quippe Heraclides Ponticus, Epicurum, inquit, nihil moramur, qui in alleg. hom.  
 (ut voluptatis obscenæ suis in hortis calior est) universam simul Poëticen re-  
 putiat, tanquam perniciosum fabularum mesamentum. λαοις ἐλέπτος πεδίων  
δίαις (ex Heraclide scilicet quatuor hæc verba Rhodiginus sum-  
 psum.) Hinc Plutarchus, Heraclides Grammaticus, inquit, hanc repen-  
 dit gratiam delitii Homericis cùm sit ex turba poëtica, ut illi quidem appellant, seu etiam ex eo commotus, quod Metrodorus tot suis in scriptis adversus  
 Poëtam convitia effuderit. Et ruisus, an, inquit, aureis adolescentum, quo aud. ps.  
 veluti Ichacensium solidâ quâdam cerâ obturantes, cogemus ipsos, ut arrepta  
 Epicuri linte Poëjin fugiant, ac pretervehantur? Quo verd quispiam  
 minus admittetur Epicurum à Maximo Tyrio in Poëtis non ha- differt. 19.  
 beri, audiatur illa apud Ciceronem Torquati excusatio; declarat lib. 1. de fin.  
 enim ut Epicurus ne Poetas quidem lege re voluerit. Anille, in-  
 quid, tempus in Poëtis evolvere consumere, in quibus nulla solidaruitas,  
 omnisque puerilis est delectatio? Cui sanè sententia accedit quod lib. 2. adv.  
 Plutarchus habet, cùm exposita voluptate, quæ ex Poetarum Col.  
 lectione percipitur, ejus inquit, Epicurei neque sunt, neque profentur,  
 neque volunt etiam paricipes fieri. Cæterum eadem habet Plutar- ibid.  
 chus circa notitiam historiæ. E de historia, inquit, ut alia omissam,  
 apponam solum Metrodon verba, cùm in opere de Poëtis sic scribit, proinde  
 ignorare te dicens ab ultra parte fuerit Hector; aut qui primi versus habe-  
 antur in poësi Homeri, & rursus qui in medio sunt, minimè expaveas. Pa-  
 rem omitto varietatis linguarum ignorantiam; inde enim, M.  
 Tullius, Epicurei nostri, inquit, Græce ferè nesciunt, nec Græci latine. lib. 5. Tusq.  
 Uno verbo docet Plutarchus, ut Epicurus noluerit sapientem suum  
 occupari τῆς φιλολογίας κελπῶν ζητήσας, eruditis illis censorum literatorum  
 questionibus.

## CAPUT III.

## Quod Rhetoricam.

DE Rhetorica idem propè est, quod de Grammatica dicen-  
 dum. Imprimis enim illa vocum germanarum ignorantia,  
 sermo-

sermonisque impuritas adversatur delectui, & concinnitati, quæ magna laus Rheticæ est. Ea certè de causa videtur Epicurum reprobasse Dionysius Halicarnassus, quod verborum collocationem, ac temperamenta videretur negligere, perinde ac si scribere minimè foret res laboriosa *καὶ μηδὲν αἰσθάνεται*. Itemque Theon Sophista, quod Epicurus inter scriendum nimis assecaret mensuras illas, ac rythmos Hegesistæ, Asianorumque Rhetorum; ut cùm scribens ad Idomeneum, dixit, *λέγει τοι διατάξεις, ποιητικός εὐρύς;* qui delectabiles, duxeris à puerò, motiones omnes. Deinde, cùm Nauphanen Epicurus fuerit insectatus inter cætera, quod ille Rheticæ foret studiosissimus, quemadmodum Empiricus docet; cùm apud Ammianum Marcellinum Rheticam *ρητορικήν* nominans inter artis numeret malas; cùm in suo illo de Rheticæ libro, veluti ex Hermogenis Scholiaste intelligitur, scripserit solam esse naturam, qua orationem rectè instituat, artem vero nullatenus, *φύσις γὰρ εἰνί κατορθώσα νέπες, τέχνη δὲ δεμαί :* censuit præterea apud Laertium, suum illum sapientem & *πνευματικὸν γέλας*, non curarum, vt ornate dicat; Quare & minus mirum est, quod Cicero habet, cùm de Epicuri Philosophia loquens, abest, inquit, ab eo viro, quem querimus, & quem auctorem publici consilij, & regendæ civitatis ducent, & sententie, atque eloquentiae principem in Senatu, in populo, in causis publicis esse volumus. Quintilianus etiam, alia, inquit, mihi quæstio exoritur, que Secta conferre plurimum eloquentia posse; quamquam ea non inter multas possit esse contentio. Nam Epicurus imprimis nos à se ipse dimittit, qui fugere omnem disciplinam navigatione quam-velocissimâ jubet. Ut specimen porrò habeas non servari apud Epicurum decori, seligi potest Convivium, in quo quid ille peccaverit, ab Athenæo est adnotatum. Itaque postquam is Xenophontem, Platonemque commendavit, quod Homerum imitati, convivii causam initio exposuerint; & qui adessent; nominarent, subjicit, Epicurus vero nec locum, nec tempus definit, neque quicquam proloquitur. Quocirca divinandum est, quo pacto interdum conviviatenens poculum ex insperato quæstiones proponat, tanquam in schola orationem habens: quod quidem Aristoteles dicit advenire quemplam in convivium illotum, sordidum, oppletum. Et rursus de non servato personarum decoro, Epicurus, in-

*lib. de coll.  
verb.*

*progymn. 2.*

*lib. 1. adv.*

*Ma.*

*lib. 3<sup>o</sup>.*

*pag. 377.*

*lib. 10.*

*lib. 3. de orat.*

*lib. 12. c. 2.*

*lib. 5. de ipn.*

inquit, *con vivas omnes Atomorum explanatores inducit*. Ac statim p̄dūt, de ordine, Epicurus, inquit, rursus in con vivio querit de cruditate, ut sit augurandum; deincepsque de febribus. Pergit, quid attinet verò dictionis inconcinnitatem referre? Hæc Athenæus. Accedat lib. 1. de nat. Cotta Cicerojanus, qui ut Epicurum maximè notaret, post D. or. quām illu- n dicit hominem non aptissimum ad jocandum; & nationem Epicureorum, cui minus notum sit quomodo quidque dicatur, carere sa- le illo ad irridendum, subdit, Vellejum alloquens, nec verò hoc in re uno convenit, m̄ribus domesticis, ac nostrorum hominum urbanitate li- mitatum; sed cum in reliquo restros, tum in eum maximè, qui ista reperit, hominem sine arte, sine literis, insultantem in omnibus, sine acumine ullo, sine autoritate, sine lepore. Exinde est, cur Cicero Epicuri, ac Me- lib. 2. Tusc. trodori libros cum quibusdam comparet, quos neque distinctè, ne- que eleganter, neque ornatè scriptos latine commemorat, adjiciens, le- titionem sine illa delectatione se negligere. Quò spectat illud Tor- quati Ciceronem alloquentis existimo, inquit, te sicut nostrum Tri- atrium, minus ab Epicuro delectari, quòd ista platonis, aristotelis, Theophra- sti ornamenta neglexerit. Auge se porrò quod Torquatus dicit, videtur Agellius, dum Epicurum veluti excusans adversus Plu- tarchum illius phrasin reprehendentem, his enim curas vocum, in- quire, verborumq; elegantias non modo non sectatur Epicurus, sed etiam insectatur.

## CAPUT IV.

## Quòd Dialecticam.

**S**Equitur Dialectica, quam Epicurum damnavisse ita videtur in confessō, ut Torquatus etiam ille de eo dixerit, in Dialecti- lib. 1. de fin. ca nullam vim existimavit esse nec ad melius vivendum, nec ad commodi- us differendum. Et Laertius loquens de Epicureis, Dialecticam, in- lib. 10. quit, ut supervacaneam repudiant. Heinc videas Epicurum passim à Cicerone reprehendi, quod definire, quod partiri, quod colligere neque sciāt, neque doceat, ac proinde salebras innumeras incidat. Sed unus ta- men

loc. cit.

ibid.

men locus est, in libris de finibus, in quo rem totam conficit pa-  
cis, in illa, inquit, Philosophiae parte, que est quarendi, ac differendi, que  
λογικὴ dicitur, iste uester planè, ut mihi quidem videtur, inerius, ac nudus  
est. Tollit definitiones, nihil de dividendo, ac partiendo docet; nec quomo-  
do efficiatur, concludaturque ratio, tradit, non qua vi, captioſa solvantur, am-  
bigua distinguantur, ostendit: iudicia rerum in sensibus ponit, quibus si se-  
mel aliquid falsi pro vero probatum sit, sublatum esse omne iudicium veri, &  
falsi putat. Et rursus, dum Dialecticam, inquit, contemuit Epicurus,  
qua una continet omnem & perspicendi quid in quaque re sit, scientiam, &  
judicandi quale quidque sit, ac ratione, & via disputandi, ruit in dicendo,  
ut mihi quidem videtur. nec ea, que docere vult, ullā arte distinguit. En-

*lib. 2. defin.* proinde ut Cicero Epicurum variè despiciat, omittamus hunc nihil.  
*lib. 4. Acad.* prorsus dicentem. Et, ab hec credulo, qui nunquam sensus memiri putat,  
*lib. 5. Tusc.* discedamus, &c, huic non multum differenti à iudicio ferarum obliuisci lice-  
*lib. 3. Tusc.* lib. sui. Et, quam sibi constanter, convenienterque dicat, non laborat. Et,  
*Deor.* quid dixit, quod non modò Philosophia dignum esset, sed mediocri etiam  
*in lib. 5.* prudentiâ, &c. Eodem sensu Themistius, neque hoc loco, inquit,  
*Phys. textu* sapientissimum scilicet Epicurum depudet operire salebram salebra. Cx-  
*8.*  
*lib. 2. cap. 8.* tera omitto, ac nominatum quod Plutarchus apud Agellum di-  
cit Epicurum imperfelle, propostere, inscitè syllogismo usum, cùm ita est  
argumentatus, Mors ad nos nihil pertinet. Quod enim dissolutum est,  
id est sine sensu; quod autem sine sensu est, id nihil omnino ad nos pertinet,  
atque id genus alia, quæ suis intrà locis referentur.

## C A P U T V.

## Quòd arteis Mathematicas.

*lib. 1. defin.* DE Mathematicis denique audienda est ingenua Tota quati e-  
iusdem confessio. Ille enim Epicurum excusare pergens,  
an se, inquit, ut Plato, in Musicis, Geometria, numeris, astris, conficeret,  
qua & à falsis initis profecta vera esse non possunt, & si essent vera, nihil  
afferrent, quòd iucundius, id est melius vivetur. Hinc Cicero, post-  
quam inter cætera reprehendit Epicurum, quòd aliquid esse mini-  
mum

num crediderit, subdit, quod profecto numquam putavisset, si à Polyanō sa- *ibid.*  
miliari suo Geometriam discere maluisse, quam illam ipsum dedocere. Et *lb. 4. Acad.*  
alibi, quid, inquit, Polyenus, qui magnus Mathematicus fuisse dicitur? Is,  
postquam Epicuro assentiens totam Geometriam esse falsam credidit, num  
illa etiam, &c. Verū ecce locum valde laculentum ex Balbo *lb. 2. denac.*  
illo Ciceroniano, sed si hic, inquit, non videtis (intelligit perfe- *Deor.*  
ctionem circuli & sphæræ) quia nunquam eruditum illum palverem  
attigisti, an ne hoc quide*n*ū Physici intelligere posuisti hanc equalitatem  
motus, constantiamque ordinum in alia figurā, non potuisse servari? Et sta-  
tim pōst, que, si bis bina quot essent, didicisset Epicurus, certè non dice-  
ret, sed dum p. l. uero quid sit optimum judicat, cœli palatum, ut ait Ennius,  
non suffexit. Non addo, quod habet D. Augustinus his verbis, *lb. de util.*  
quis Geometrias literas legere magistro Epicuro, aut discere voluit? con- *red. c. 4.*  
tra quas ille multū perimiciter, nihil earum, quantum arbitror, intelli-  
gens differebat. Prætero quod Cleomedes docet, Epicurum, *lb. 2. c. 1.*  
nec Astrologia, nec ullius partis Philosophiae fuisse peritum, cæteraque  
similia. Id solum noto, quod Plutarchus habet, dum postquam *lb. 2. adie.*  
recensuit quas voluptates Pythagoras, Archimedes, Eudoxus, Col.  
alii percepissent ex studio Geometriæ, Arithmeticæ, Astrolo-  
giæ, subjicit, has tot, tantisque voluptates, veluti perenni è fonte ma-  
nū*int̄c̄is* Epicurei cùm devinent, atque aversentur, non patiuntur illas eos  
degestare, qui se ad ipsos contulerint, sed mandant, ut citatis lembis eas  
fugiant. Quod ad Musicam attinet, addit Plutarchus Epicurum, *ibid.*  
dum illam declamat, privare sese voluptatum, & gratiarum segete; repre-  
henditque inter cætera, quod ne inter pocula quidem velit sapientem se  
exercere questionibus musicis, ac Regibus etiam persuadeat, ut in suis convi-  
viis quaslibet potius scurrilitates, quam musicas, poeticasque disquisitiones  
tolerent.

## CAPUT VI.

*Respondeatur ad objecta de Discipulis  
universè.*

**H**A etenim recitavimus quæ Epicuro objiciuntur circa odium, contemptumq; disciplinarū. Nunc, ut videamus quid responderi generaliter primū debeat, consideranda duo sunt. Unum est, cùm artes omnes, ac disciplinæ sint excoigitæ utilitas alicujus gratia, irrepsisse tamen in omniis studiis plurima inutilia. Id observatu facile est in artificiis de morum, vestium, cæterisq; mechanicis, quæ necessitas aliqua cùm pepererit, dictu mirum, quām si perfluius deinde luxus occuparit: verū idem quoq; observare licet in liberalibus disciplinis, quarum cum usus esse debeat simplicissimus, stupendum, quanta intracentur farragine rerum minimè necessariarum. Ipsa etiam Philosophia, qua nihil esse debuit purius, ita conspurcata est, ut nihil jam aliud videatur, quām Sophistices officina. Sed ita nimirum e-venire solet. Nihil est adeò laudabile, quod atrectatum manibus impuris, non illico commaculetur. Ea est conditio rerum humanarū, ut consistere in summo non possint, neq; perfectiōne prius assequantur, quām degenerare incipient. Itaq; in disciplinis etiam liberalibus distinguenda sunt aliqua utilia, & multa quoq; (prout vulgo possidentur) superflua. Alterū est, Epicurū, cum Sapientiam illam describere voluerit, quę pareret felicitatē, idcirco judicium tulisse de scientiis, & artibus, quantū scil. aut illas valere, aut parum conducere, ad sapientiā arbitraretur. Censuit porro maximē omnium conferre Physiologiam; quod scil. ex rerum natura, conditioneq; perspecta, elicere tur, quis esset virtus constituendus finis; quatenus hisce, aut illis reb. consequēdis infundandū foret; & quomodo multa, quæ nos propter impietiam terrent, ubi perspecta fuerint, animi pariant tranquillitatem. Quod attineret ad cæteras, ut Grammaticam, Rhetoricā, alias

alias, parum illas habere virium ad sapientiam, ac felicitatem consequendam opinatus est. Quare & retinendum quidem quod in ipsis foret non inutile, censuit; verum in iis terere tempus, quæ & vana sint, & mentem excrucient, absurdum esse judicavi.

Ac Epicurus quidem ita sensit, ut singillatim demonstrabimus; hocque ipsum est, quod Iorquatus innuit, cum à Cicero loquens sic inducit: *Quod Epicurus parum tibi videtur eruditus, ea causa est, quod nullam eruditionem esse duxit, nisi qua beatæ vita disciplinam juvaret.* Et paucis interpositis: *Non ergo Epicurus ineruditus, sed iij incolti, qui qua pueros didicisse turpe est, eaputent usque ad senectutem esse ascenda.* Credas Senecam ad hoc responxisse, cuius verba sunt: *Quid quod ista liberalium artium consecratio in lesto, verbosos, intempestivos, sibi placenteis facit, & idem non discenteis necessaria, quia supervacanea didicerunt.* *Quatuor millia librorum Didymus Grammaticus scripsit: miser, si tam multa supervacua legisset.* In his libris de Patria Homeri queritur: *in his, de Ænea matre vera: in his, libidiosior Anacreon, an ebriosior vixerit: in his, an Sappho publica fuerit, & alia, que erant dediscenda, scires.* Hæc Seneca qui & superioris: *De liberalibus, inquir, studiis quid sentiam, scire desideras?* Nullum suspicio, nullum in bonis numero, quod ad as exit. Meritoria artificia sunt, hactenus utilia, si preparant ingenium, non detinent. Tandem enim istis immorandum est, quandiu nihil animus agere majus potest. Rudimenta sunt nostra, non opera. Quare liberalia studia dicta sunt, vides, quia homine libero digna sunt: *caterum unum studium verè liberale est, quod liberum facit.* Hoc sapientia studium est, sublime, forte, magnanimum: *catera pusilla, & puerilia sunt.* Et infra: *Tanum itaque ex illis retineamus, quantum est necessarium.*

Sed ad Epicurum ut redeam, ut ille in cæteris fuit variis columnis obnoxius; ita ex eo, quod supervacua ex disciplinis rescindi voluit, arrepta est occasio evulgandi quod disciplinas oderit, contempserit, dissenserit, insectatus fuerit. Celeberrimum præ cæteris fuit presumptum illud ex Laertio *παθείας*, &c. ex ipso enim cæteræ videntur excitatae tragediæ. Cum ille

lib. 1. de fin.

epist. 38.

lib. 10.

ille porrò locus fuerit ex suppositiis, ut Laertius indicat; quid putas, dicendum erit ad Athenæum, Plutarchum, & alios, qui amplificationes suas vel ex eo loco sumpserunt, vel ex aliis e-  
iusdem farinæ (spuriis puta) operibus? Nam quod attinet ad Empiricum, ille dubitanter, & ex conjecturis loquitur; cum  
que alias Epicurum non sine elogio sàpè memoret, declarat  
etiam, ut non disciplinas absolutè damnaverit. Addo verò tan-  
tum abesse, ut Epicurus censuerit minimè posse disciplinas  
cum Physiologiae atque adeò cum sapientia studio cohærere,  
ut Epitomas potius in eorum gratiam scriperit, quibus altius  
in studia disciplinarum demersis non vacaret grandiora quæ-  
dam volumina pervolvere. Istud habes in præfatione illius  
Epitomes, quæ ad ipsummet Pythoclem scripta exstat apud  
Laertium. Etenim dicit ea, quæ in ipsa, similibusque aliis  
traduntur, profutura esse, cum alijs quidem multis, *νοήτοις εἰδοῖς*  
*εὐδαιμόνεσσιν τὸν ιγνούμαντον τὸν εἰπετῶντα πόσιον*, tum ius etiam, qui profundiore  
studio alicuius artium liberalium sunt occupati. Quam multum pro-  
inde absuit Epicurus, ut disciplinas aversaretur, quantum Cy-  
nici, Stoici, & alii, quos præsertim Laertius notat? Venia-  
mus ad specialia.

Ab. 10.

Ab. 6.7. &amp;c.

## C A P U T VII.

*Ad Objecta de Grammatica.*Ab. adv.  
Gram.

**Q**UOD spectat ad Grammaticam, audiendus solùm est Em-  
piricus: is enim ita differit: Cùm sit duplex Grammatica, alia  
quidem que profitetur se traditaram elementa, illorumque connexiones,  
& que, ut paucis dicam, scribendi, ac legendi ars quadam est; alia au-  
tem, præter hanc, facultas profundior, qua non in nuda literarum cogni-  
tione sita est, sed in examinanda etiam earum inventione, ac natura, &  
præterea in orationis partibus, que ex iis constant, &, si quid hujuscemodi  
consideratur: dicere jam contra priorem institutum nobis non est;

in

in hoc enim convenienter omnes , quod ea sit utilis ; inter quos est etiam adnumerandus Epicurus ; tametsi videtur inimicus eorum , qui profiterentur disciplinas . Pergit Empiricus de Epicuro loquens : In libro certe de donis , & gratia docere abunde conatur , in auxiliis in rebus orationis parvum ymaginem , quod sapientibus necessarium sit addiscere literas . Duo hec vides : Unum , Epicurum non reprobasse omnem Grammaticam ; Alterum , non dissuasisse , imò persuasisse Grammatices eruditionem . Dices , at negari non potest , quin utile admodum sit nosse varietatem partium orationis . ut cognoscatur , quae textura in distinctionibus copulandis adhibenda sit ; itemque vocalium , & syllabarum quantitatem , ne ignoretur quae ratione dictio quilibet pronunciari debeat , & si quae sunt hujusmodi . Verum , cum istud illos attineat , qui & scientias edocentur , & imbui student linguis peregrinis : apud illos tamen qui linguam patriam & erudiuntur , & loquuntur , quemadmodum siebat in Gracia , Epicuri temporibus , res profectò est minus necessaria . Quia enim ferè fugimus cum lacte , atque edocemur tum phraseis , tum accentus vocum ; immorari certe deinde in iis ediscendis , vel observandis , quae per se habentur , & cognita sunt , id potest quidem ornamento ipsis esse Philologis : at perscrutantibus res ipsas adjumento sanè non magno . Et necessarium quidem est , ut præter vocum significatus , ac loquendi normas , quarum lex penes usum est , noverimus & legere , quae cæteri scriptis consignant ; & scribere quae vivâ voce mandare aliis non possumus , quae utraque est germana Grammaticæ functio ; sed quidpiam amplius vel profiteri , vel exquirere , aut alterius est facultatis , aut hominum certe otio abundantium . Heinc Epicurus , cum præter voces , & vocum significaciones apud vulgus notas , deprehenderet nonnullas utriusque Philosophis solis , aliisque artificibus ; idcirco ad illos accedendum censuit , docendus & specialium vocum , & rerum ipsis notitiam ; cum sufficeret didicisse prius à Ludi-magistro & legere , & scribere voces , quas Philosophi , cæterique & loquerentur , & scribebant . Porro cum Philosophiam calluit , ut , quantum posset , studiosorum laboribus consulueret , dictio-

105. cfr.

ne usus est propriā, atq[ue] si nūlīrī, & quam-miximē licuit  
res abstrusiores accōm nodavit vulgaribus vocib[us], seu vulga-  
reis po iūs voces ipsiſ rebū. Proptereā enim Grammaticus  
Aristophanes dictionem ejus reprehendit, adnotante lārtio,  
*in iātōnīcīv quōd maximē propria, seu familiārissima ēſſet.* Quasi ve-  
rō vitiosum sit ita loqui, ut te omnes facilē intelligent, & quæ  
cæteri enunciant obscurius, explicare apertiū? Quod anē fit,  
cūm à communi consuetudine non abhorret oratio. Ut cum-  
que sit captata hæc Epicuro facilitas, & Stoicis, & aliis ansam  
præbuit cavillandi, *quōd verborum vim non teneret, quōd impuras*  
*voces usurparet, quōd tolleret fundiūs voces, cæteraque similia.* Ita  
nimirūm fieri solet, ut cūm Sophistæ voces illustreis notioni-  
bus suis barbaris deturpaverint, barbarie accusent illos, qui  
nitorem ipsiſ suum, ac germanum usum restituere admittuntur.  
Usu-venire etiam videmus, ut qui mysteria quædam magna  
occultata videri volunt sub ampullatis, aut à vulgo in iudicis  
vocibus, inclament illos, tanquam profanos, atque barbaros,  
qui dictione simplici, vulgarique eadem explicitent, & Apinas  
esse, Tricasque ostendant. Id declarabitur præsertim, cūm de  
virtute disputabitur. Dico interea voces à Cleomedē, & Plu-  
tarcho objectas, desumptas videri ex epistolis, librisque aliis  
suppositiis, ut apparebit maximē ex disputandis de voluptate,  
cūm interea sufficiat exaggeratos ~~excessos~~ haberi in spuria  
illa ad Leontium epistolā superiore libro citatā. Addo conce-  
di aliundē posse Epicurum fortē effi ixisse, aut usurpavisse  
voces aliquas, quæ in usu quidem admodūm crebro non essent,  
sed quæ tamen fierent perspicuae, & cum energia quadam, quod  
luberet, significarent, v. c. *in oīsabī, in ēlīmōua, &c.* Hoc au-  
tem, ut perspicuum est, & semper licuit, & semper licebit.

Illud Plutarchi insinuat quidem non fuisse Epicureos adeò  
eleganter, ac Platonem loquutos; at non probat tamen quin  
saltē loquuti clarē fuerint, ac jure ambages, fabulasque  
etiam in Platone improbaverint, ut circa Coloten est ante  
notatum.

Quod

Quod legitur verò apud eumdem Plutarchum in Colotenu  
dum disputat, tollere Epicureos voces funditus, facit admoneam o-  
biter & mendosè legi eum locum, & sensum verborum fugisse  
Interpretes. Locus sic vulgò legitur, ὅτι μᾶλλον ὑμῶν τὸν οὐρανόν περὶ τὸ διάδεκτον; ὁ δὲ λέκτων γάρ τοι λογικὰ παρέχοντες, καὶ διαφέρετε  
τοῖς Φυλάσσεις, καὶ τὸ τολμάοντα μόνον ἀπολιπόντες, τὰ δὲ μεταξὺ σημαντικών προσγενότων, διδασκαλίας, προλόγων, τονήσεως, ὄρησε, συγ-  
καταθέσεως, ὅπερ ἔργον εἶναι λέγουσι. Interpretatio sic vulgò habet,  
ecquis magis in sermone peccat, quam vos? qui cum genus effatorum  
substantiam sermoni substantiatis, funditus tollitis voces, & obvia tan-  
tum relinquentes vocabula, interim significaciones eorum, per quae disci-  
mus (putā doctrinam, notiones anticipatas, notitias, animi impetus, af-  
fessiones) prorsus nihil esse dicitis. Notandum porrò est Plutar-  
chum ita illeic loci in Epicureos agere, ut si Stoicorum opinio-  
nem probet. Stoicorum opinio fuit, ut est apud Empiricum,  
dum adversus Logicos disputat de vero, tria quædam esse con-  
jugata inter se, scilicet 1. τὸ σημαῖον, quod significat; & est ipsa  
vox, v. c. Dion. 1. τὸ σημαντικόν, quod significatur; & est res ipsa  
significata, quatenus est in mente, seu mente percipitur ab eo,  
qui intelligit vocem (quippe qui non intelligit, habet quidem  
in aure vocem, at non in mente significatum) 3. ὅπερ τονήσεων,  
quod est; & est ipsam res extra intellectum existens, veluti  
Dion domi, aut ruri. Ex his autem tribus fecere primum, &  
tertium corporea; at incorporeum ipsum secundum, quod &  
universè vocarunt λεκτόν Dictum, & speciatim αἰσιωμα Effatum, si  
nempe sensu esset perfecto, & ob affirmationem, aut negatio-  
nem dici posset verum, vel falsum. Jam apud eumdem Empir-  
icum, Epicurus & Strato admisere solum ex istis tribus pri-  
mum, & tertium; videlicet voces, & res, δύο μόνον ἀπολείποντες,  
σημαῖον τε, καὶ τονήσεων: repudiavere autem secundum, seu ὅτι λέκτων  
Dictum, & maximè quidem prout Stoici habuere illud incor-  
poreum: quod quidem etiam Epicureis Empiricus non semel  
tribuit. Posterioris enim, ὥρᾳδη, inquit, οἷς εἰσὶ πνεῖ οἱ ἀνηγκότες τὸ  
ὑπαρχεῖν τὸν λέκτων, οἷον οἱ Επικούρεοι, videmus esse aliquos, qui exsistentiam  
dictorum tollant, quemadmodum Epicurei. Et in hypotyposibus,

lib. 2.

lib. 2. cap.  
ii.

οἱ δὲ Ἐπικουροὶ φασὶν μὴ ἀναλεῖται, οἱ δὲ Στοικοὶ ἀναλεῖται, dictum quidem dari Epicurei negant, Stoici vero asserunt, cum sic itaque se res habeat, vides profectò vocem illam ἀναγνoscere tollere apud Plutarchum referendam esse, non πρὸς τὰς φωνὰς, ad voces, sed πρὸς ὅπλαντα τὸν γένος ad dicta, in quibus sermonis substantia statuebatur à Stoicis: adeò ut possit forte locus immutatione minimâ sic legi, οἱ ὅπλαντα τὸν γένος εἰσίν τῷ λόγῳ παρεχόντων ἀριθμὸν τὰς μηδὲ φωνὰς, καὶ τὰ τυγχάνοντα μόνον ἀπολείπονται, τὰ δὲ μεταξὺ σημαντόρων περιγραφαὶ, διὰ τούτων, &c. Qui tollitis funditus dicta substantiam sermoni præbentia, relinquentes quidem tum voces, tum res ipsas solummodo, nihil autem prorsus esse dicentes res significatas intermedias, per quas disciplina, doctrina, anticipaciones, notiones, appetitiones, consensiones gignuntur. Agnoscis certè τὰ τυγχάνοντα itemque τὰ μεταξὺ σημαντόρων περιγραφαὶ ad alia referri, quam vulgo putetur. Cætera alias discutienda.

## C A P U T VIII.

## Ad objecta de Poëtica, &amp;c.

lib. 10.

**D**E Poëtica, constat etiam, ut Epicurus illam damnaverit, non absolute, sed duntaxat quā parte pernicioса est. Hoc est quod voluit innuere, dum, quod est apud Laertium, dixit μόνον τὸ τοῦ σοφὸν ὄπτως ἀντὶ μετὰ τὰ μυστήρια, καὶ τοιποτῆς διαλέξεως, solum Sapientem de Musica, deque Poëtica recte sermonem habiturum; quia videlicet novit solus sapiens quae sit inter bona, ac mala statuenda distinctio. Heinc docet statim circa Poëticam, eumdem Sapientem πονηταὶ τε εὐεργεῖ, καὶ ἀπονηταὶ, poëmata adoperari (seu, ut sic dicam, actionum, rerumque verarum recitatione animare, non singere (seu rerum falsarum narratione inficere.) Quippe Epicurus illud quidem genus poëseos probavit, quo aut majorum præclarè gesta ita canerentur, ut exinde adolescentes veræ virtutis, & gloriæ studio vehementer incalescerent;

rent; Id autem ex illius schola Atticus præstítit eximiè, *cum in ur. Att. versibus* (referente Cornelio Nepote) qui honore, rerumque gestarum amplitudine ceteris Romani populi præstiterint, exposuit. Aut quo vel opera naturæ, vel præcepta morum ita traderentur, ut exinde animi quodam quasi lenocinio capti, alacrius simul, potentiusque honestatem capesserent. Hoc verò egregiè præstítit Lucretius, ac rationem simul istam reddidit, *lib. 4.*

*Nam veluti pueris absinthia tatra medentes  
Quom dare conantur, prius oras pocula circum  
Contingunt mellis dulci, flavoque liquore.  
Ut puerorum atas improvida ludisctetur  
Labrorum tenus; interea perpotet amarum  
Absinthi laticem, deceptaque non capiatur,  
Sed potius tali tactu recreata valeat:  
Sic ego nunc, quoniam ratio hac plarumque videtur  
Triflitor esse, quibus non est tractata, retróque  
Volgas abhorret ab hac; volui tibi suavelo quenti  
Carmine Pierio rationem exponere nostram,  
Et quasi muso dulci contingere melle,  
Si tibi forte animum tali ratione tenere  
Carminibus nostris possem, dum percipis omnem  
Naturam rerum, ac persentis utilitatem.*

Hoc itaque est, quod Epicurus voluit, cum censuit sapientem  
εὐρύγνωτον ποιησαντα. Porrò ut erat veritatis simul, & virtutis  
amans, noluit ποιησαι, seu fieri ὁλέθρον μόνον δίλεσπ, ac illa idcirco  
minimè probavit quæ Poëtæ de Diis mentirentur, de  
Inferis fingerent, de Venere vœsana cantarent, ceteraque hu-  
jusmodi, quæ animos & pravè imbuunt, & miserè cruciant. Ita innuit Empiricus, cum postquam Poesin passionibus  
propugnaculum fieri declaravit, & eos, qui legerint Alcæum, *lib. ad. 20.*  
aut Anacreontem, insano amore, ac ebrietate magis accendi *Gram.*  
exposuit, subjicit, quæ hoc quidem loco dicuntur ab aliis, & maximè ab  
Epicureis, hujusmodi sunt. Ita Vellejus Epicureus, cum apud M.  
Tullium id universè conqueritur, quod speciatim de Homero, *lib. I.*  
& Hesiodo apud Empiricum Xenophanes; nempe quod suavitate *adv. phys.*

ipsa nocuerint vocibus Poëtarum fusa, qui, inquit, & irâ inflammatos, & libidine furenteis induxerunt Deos, feceruntque, ut eorum bella, pugnas, prælia, vulnera videremus: odia præterea, dissidia, discordias, ortus, interitus, quereelas, lamentationes, vincula, cum mortali genere concubitus, mortaleisque ex immortali procreatos. Prætero loca similia: Hoc sufficiat, si quidpiam boni ac veram voluptatem pariens proficiscatur ex Poëtica, Epicurum id non respuisse. Vides proinde quid sit dicendum ad ea omnia, quæ objecta sunt. Observo solum Heracliden meritò tacere Platonem ejusdem cum Epicuro reum criminis, in fabulis Homeri damnandis. Siquidem Plato quam-longissimè & Homerum, & cæteros Poëtas eliminat è Repub in qua pietas, fortitudo, temperantia debeat eminere. Poterat verò etiam reum Heraclitum facere, qui Homerum asseruit ex certaminibus ejiciendum, imò cædendum colaphis, Archilochumque similiter, quod à Laertio memoratur. Poterat Zenonem Stoicorum parentem, qui, ut idem refert, pronunciavit nihil esse magis à perceptione scientiarum alienum, quam Poëticen. Poterat omneis Philosophos, quibus virtus curæ fuit. Quid de ipso Plutarcho dicam, qui cùm locis illis citatis ita Epicurum commordeat; alias tamen ejus sententiæ (ac adeò Vellejo) præclarè subscriptibit, dum Poëtas damnat, quod ineptis suis opinionibus conturbantes nos, seipso irretiant suis poëmatibus, quando locum, in quo Deos dicunt degere, securam appellant, & tranquillam sedem; non ventis obnoxiam, neque nubibus, sed placida serenitate, & purâ ac perpetuâ aquabiliter circumfulgentem luce, quod talis statio naturam beatam, ac immortalē deceat maximè. (Notum est porrò heic indicari versus illos ex Odyssea, qui & referuntur ab Authore libri de Mundo, & Latinis versibus redduntur à Lucretio) interea verò Deos introducunt perturbationis, odij, iræ, cæterarumque passionum plenos, à quibus sane homines, quibus mens fuerit, abhorreant. Quod de historia objicitur, cùm videatur suppositium, suam tamen adhuc responcionem præ se fert. Siquidem sunt minutiae quædam in historiis, quas negligere longè præstat, quam, quod plarique faciunt, laboriosè consecrari. Historia cer-

*in alleg.  
Hom.*

*lib. 2. & 3.*

*lib. 9.  
lib. 7.*

*in Pericle.*

*Odyss. 5.  
cap. 6.  
lib. 3.*

certè est vitæ lux, quippe quæ non solùm præteriorum temporum obscuritatem discutiat, confusionemque explicet; sed exemplis etiam innumeris instruat, mentique ansam præbeat intelligendi ex præteritis, quid sperandum sit de futuris: quis sit vitæ statuendus finis; quòd hæc uniuersa histronia tendat, quorsum nihil novum, aut stupendum sit; adeò ut nemo persuadeatur Epicurum, qui tam multa, tamque præclara est philosophatus de vita, & moribus, potuisse sic ratiocinari, nisi notitiâ temporum, actionumque humanarum, quæ ex historia elicitor, quasi fax illi præluxisset (certè vir ille omnino bonus, ac eruditus Vossius Epicurum etiam recenset inter Græcos historicos, propter librum *lib. de hisp. Græc.* ejus de vītis.) Verūm enim verò, quia solent per multa exquiri planè infructuosa, & quæ interea mentem excrucient, idcirco potuit Epicurus negligenda hæc dicere, sicut & ipse Metrodorus. Eodem spectat illud, quod objicitur circa Philologiam: Nam quod de linguis variis, patet nullius esse momenti, si quis possit consequi idiomate suo quicquid ad sapientiam necessarium est; Cum aliunde varietas linguarum ornamento quidem sit, verūm homines, quantum est ex se, nihilo doctiores, meliores, beatiores efficiat.

## CAPUT IX:

*Ad objecta de Rhetorica.*

**R**HETORICAM etiam Epicurus non prorsùs abjecit, sed solùm intra fines proprios contentam esse voluit. Cum Grammatica enim solùm doceat connexere elementa, & vocabula, ita ut sermo fiat congruus; munus deinde Rhetoricæ est, tradere dele-  
etum verborum, & phraseon, ex quibus sermo efficiatur ornatus, atq; elegans. Sicq; cum legibus Grammaticæ servatis possit adhuc quispiam confusè, & obscurè loqui, occurrere Rhetorica debet, quæ ejusmodi confusionem, & obscuritatem tollat, verbis perspi-

cuis appositis, eaque ratione collocatis, ut illi qui audiunt, nullo labore intelligent, & cum delectatione quadam ea, quæ dicuntur, percipient. Epicurus porrò librum scribens de Rhetorica, singulare ipsius munus assignat claritatem, seu perspicuitatem, nec quicquam amplius ab ea exigit, *ώς αξιον πάντες ἀπαντάνε, η μηδέποτε παραπλαναται*, quod memoratur à Laertio. Ipsemet proinde erat admodum dilucidus, *μηδέποτε λύσις*, ut idem Laertius notat. Cicero de ipso loquens, vide inquit, quantum fallare, Torquate, oratio me istius Philosophi non offendit; nam & complectitur verbis quod vult, & dicit plane quod intelligam. Ac rursus, Epicurus nec non vult, si potest, plane, & aperte loqui. Ex hac autem claritate ea nascebatur in animis audientium voluptas, ut, referente Laertio quasi catenis, seu potius Sirenis *οὐδὲν τινα* detinerentur. De scriptis, Seneca demonstrat, dum commendaturus librum, quo mirificè fuissest deletatus, quam disertus fuerit, inquit, ex hoc intelligere licet; brevis mihi visus est, cum esset nec mei, nec tui temporis; sed qui primo aspectu aut Titi Livij, aut Epicuri posset videri. Tantù autem dulcedine me tenuit, & traxit, ut illum sine ulla dilatatione perlegerem. Sol me invitabat, fames admonebat, nubes minabantur, tamen exhausi totum: non tantum deletatus sed gavisus sum. Quid ingenij iste habuit? quid animi? dicerem, quid impetus? si interquevisset, si ex intervallo surrexisset; nunc non fuit impetus, sed tenor, compositio virilis, & sancta. Hactenus Seneca. Omitto illa ejusdem loca, Aliquam magnificam vocem Epistola secum ferat: ecce occurrit mihi nescio utrum verior, an eloquentior: cuius, inquis? Epicuri. Item, eleganter itaque ab Epicuro dictum est. Ac rursus, & apertior ista sententia est, quam ut interpretanda sit; & disertior, quam ut adjuvanda. Mitto illud Themistij, cum de Patre Eugenio loquens, Epicurum, inquit, Neoclis filium, scitum alioquin, & elegantem putabat. Mitto id genus alia. Sufficiat ista opposuisse luxurianti Ciceronis, & aliorum stylo, qui Rhetoricæ limites in immensum producentes, offendebantur, quod Epicurus visus fuissest illam redigisse ad tantas angustias.

lib. 10.

lib. 1. de fin.

loc. cit.

epist. 46.

epist. 22.

epist. 97.

epist. 21.

Orat. 2.

Cùm primà verò fronte objiciatur, quod sensuerit scribere minimè esse rem laboriosam, id arguit solum, non debere eum, qui scribit, si sapuerit, sic digitos corrodere, sic inducere lituras, & reponere, sic versare omnia, atq; reversare, ut qui lectoribus suis est

est præbiturus voluptatem, ipse se excruciet. Profectò verò longè  
præstat vel aliquos relinquere nævos, vel omnino non scribere,  
quām tantam sibi, quod multi faciunt, figere, & refigere cru-  
cem. Dummodò verba sponte fluant, nec oratio sit planè inde-  
cora, qui vel solam, vel maximè veritatem quæsierint, factum ha-  
bebunt superque, & satis: Suo cuique stylo scribitur; cuilibet  
potest sua esse lux; Bene res habet, si, quantum potest, quisque  
devitet obscuritatem. Ad illud de numeris, & Rhythmis, nihil  
aliud dicendum est, nisi vix ullum scriptorem esse, cui, non cogi-  
tanti, tale quid eveniat, ut Quintilianus fusè demonstrat suffice- *lib. 9. c. 4.*  
reque, si in fragmentis, qui ex Epicuro supersunt, vix quidpiam  
tale reperiatur. Omitto verò, ut superius observavimus, Plutar-  
chum nonnulla immutasse verba in Epistola illa Epicuri moribundi  
ad Idomeneum; ita relata à Theone videri desumpta ex quadam  
similie pistola, cum magna quadam immutatione. Utcumq; sit,  
non est propterea locus obscurus, & inelegans. Illud circa Nausi-  
phanen esse jam intelligitur ex antè-dictis refutatum. Quod verò  
dixit *καὶ οὐχὶ μὲν ἀληθῆνας* mala mentem, imitatus Platonem est, dum artibus  
bonis, ac legitimis opponens pravas, ac spurias, ut Medicinæ ar-  
tificium coquorum, Exercitatrici Mangonum (qui scilicet colo-  
rem fuko, & verum robur inani sagina mentiuntur) ac Legali Ca-  
villatricem; sici ipsi justitiae oppositam Rhetoricen habuit. Jure-  
ne porrò fuerit imitatus, annon, intelligetur ex mox dicendis,  
cùm ostendetur Rheticam adversus veritatem esse compara-  
tam. Intelligetur verò etiam censuisse illum non injuria, natu-  
ram esse, non verò artem, quæ orationem recte instituat, ac elo-  
quenteis homines faciat; maximèque si alia ars, quām perspi-  
cuitatis studium requiratur. Illud *εἰπούσειν γλῶς* non pugnat  
contra perspicuitatem, sed contra pravam, affectatamque multo-  
rum dicendi rationem, ac nominatim Sophistarum, & Demago-  
gorum, quibus ludo est facere fucum veritati, excitare turbas,  
innocentias imponere, querere plausum, & similia. An aliunde  
Epicuri Philosophia politico viro inutilis sit, quod Cicero innu-  
it, explicandum suo loco est. De Quintiliano, nihil dico, nisi  
quod non videtur integrum Epicuri mentem fuisse assequutus.

*Quod*

160

Quod Athenæus carpit Epicurum, præter rationem fortassis sit. Suus cuique est genius, & suas quisque veneres habet. Non præluserit Epicurus, ut Plato, aut Xenophon; at illa ex improviso percontatio sæpè delectat. Lucianus est in suis Dialogis Epicurum imitatus; quām lepidē verò ubique rem ex abrupto aggre-ditur? Cicero quoque non est in suis omnibus Dialogis præfa-tus, non Plutarchus, non alii. Epicurus postò modò hoc, modò illud agitatum fecerit; hic ipse mos est conviviorum. Convivas omneis induxit atomorum doctrinam callenteis; quid mirum est, cùm illos omneis philosophanteis habuerit? Cæterū ut quæstiones varias non sine delectu, ac intempestivè tractaverit, indicatur satis ex ea, quam Zopyrus Epicureus apud Plutarchum explicat libro Symposiacon secundo. Quæ restant, vel laudes Epicuri sunt, ut quòd salibus ad irridendum caruerit; (hoc enim arguit morum illius simplicitatem, & innocentiam, ac eam simili veritatem, ob quam ne probaverit quidem hominem sapientem ironicè loqui: nam & Cicero in eo improbat quòd ironiam Socratis familiarem reprehenderit) vel certè occurunt ex iis, quæ dicta sunt, interpretanda; quatenus nimirum nihil aliud ex Rhetorica, præter perspicuitatem exiguntur, & quæ exiguntur præterea parum curanda existimavit. Adjiciendum aliquid foret de ejus Sectatoribus; sed cùm negandum minimè sit, quin multi esse potuerint sermone barbari, & rudes; ita enim usuvenit in omnibus Sectis (ut enim de Peripateticis nihil dicam, tot rusticos Stoicos re-  
lib. 15. ep. 19. geram, inquit Cassius ad Ciceronem, ut Catium Athenis natum esse dicas) Attamen etiam negandum non est, quin multi fuerint valde elegantes. Scito sermone, & Attico scripsiterat Leontium, ut Cicero haher. Diogenem Epicureum promptum, & disertum facit Athenæus; dilucidum intelligentia, & interpretatione, Laertius. Cornelius nepos scribit libris Atticis nihil esse posse dulcius. Græci illius Pisoniani Cicero describit poëma ita festivum, ita concinnum, ita elegans, nihil ut fieri possit argutius. Zenonem, Vellejum, Phædrum non memoro; quoniam de illis jam est dictum.

Sed superesse scrupulum sentio, quorsum assignata præcipua Rhetorica munera Epicurus excluderit, ut invenire, & disponere;

ut

quæst. 5.

lib. 1. de clar.  
orat..lib. 1. de  
nat. Deor.

lib. 5.

lib. 7.

in vi. Att.

Orat. in  
Pif.

ut exordiri, & perorare: ut amplificare, &c. Verum invenio argumentorum, eorundemque apta collocatio aut Dialectices propria est, aut ex conditione materie subjectae erupit; aut ex nativa oratoris sagacitate, & sollertia, non ex ullo Rhetorices artificio enascitur. Quasi verò, dum tot magni viri orationes aut parant, aut habent, animum intendant ad artem Rhetorices, quam fieri potest, ut ne labris quidem primoribus attigerint. At orationis, inquieres, partitio Rhetoricae propria est? Enimvero, si Dialectica est ars non definiendi modò, sed & dividendi unamquamque rem; ipsius quoque dicenda erit orationis distributio. Sin minus, configiendum erit ad proposicæ materię naturam, quæ hoc modo, potius quam illo usurpari debeat: Quā sane in re naturale judicium, accedente plurimarum rerum experientia, quamplurimum potest, artificium quam-minimum, aut nihil omnino. Nisi vero, si sit agendum, ut exemplo dicam, de pace in eunda, de testamento rescindendo, de Geometriæ laudibus, respicere quis ad artem Rheticam debeat, ut sciat quā serie sermonis procedendum sit; cùm Rhetoris non sit cognoscere de pace, & bello, sed politici; nec de natura testamenti, ac rescissionis illius, sed Juris consulti; nec de præstantia Geometriæ, sed Mathematici; neque proinde possit Rhetor tradere, aut juvare quidpiam circa argumentum, quod ipse ignoret; vel certè, si nondicit, prorsus non tanquam Rhetor, sed tanquam alius artifex. At, inquieres, negari non potest, quin sola Rhetorica doceat exordiri, perorare, & figuris tum translatiuis, tum sententiarum, verborumque uti, quibus auditores orator commoveat; & finem Rhetoricae proprium, persuasionem putat sequatur. Verum tamen, cùm repeti posset quæ iam facta responsio est; hoc addo, ista omnia, ob quæ maxime sese effert Rhetorica, videri nihil esse aliud, quam fuctum factum veritati; ac idcirco tum Rhetoras non prorsus inepit à Maximo Tyrio cum Magonibus comparari; tum ipsam Rheticam non prorsus male ab Athenæo, ut apud Quintilianum est, definiri, fallendi artem. orat. 1. 2.  
lib. 2. c. 15.  
Tempo veritas ejusmodi est, ut in nativâ placens pulcritudine la-

restituiat. Cuiuslibet ratione dicitur, ut quæcumque  
difficitur.

nociniis istis non egeat; mendacium vero ejusmodi, in  
 ta fecunditate displicens ipsa necessariod, ut placeat, præte  
 Quare & solent merito jure laudari illi Judices, qui ista tantā  
 farragine tribunalia exonerarunt. Nōrānt, ut simplex, & in  
 genua privati hominis confessio, ac testificatio mendacium  
 minūs convelare possit veritatis specie, quām elaborata oratio  
 ab oratore callido; cūm aliundē ad sanum, & rectum ferendum  
 judicium, solā facti expositione Judices indigeant; quippe  
 qui debeant ipsiū scire. Quo loco præclarè omnino admō-  
 net Aristoteles, non esse Judicem pervertendum, & sit, dum  
 ad iram, aut odium, misericordiamve impellitur. Id enim, in-  
 quid, perinde est, ac si quis, qua usurū est regula, eam reddat pver-  
 sum. Neque dicas eloquentiana perīpētē juvare ad inno-  
 centum incolumitatem: Quippe cūm sepius valeat ad  
 incolumitatem sōnium, clarum est aliundē totum artificium  
 comparātū esse contra innocentiam. Videlicet æquitas ipsa  
 non erubescit se prodere; Injustitia est, quae ut elabatur, colo-  
 res alienos conquerere debet. Neque rursū dicas, cum nihil  
 fuerit opus ubi Judices & eruditio, & integritate insigiles  
 exfilterint; ubi res tamen secus se habuerit, innocentis etiam  
 indigere artificio. Etenim, ut est supponendum Judices peri-  
 tiā, & probitate pollere; sic ubi vel alterutra, vel utraque ca-  
 ruerint, tautò ars erit periculosior. Nisi forte Judices hujus-  
 modi habeas, qualis ille à Tito apud Macrobiūm describitur,  
 qui, dum oratores, quivrum est negotium narrant, testeis, inquit, posse  
 ipsius ut midūm; ubi nedit, ait se omnia audivisse; tabulas posse, &c.  
 Judex quippe hujusmodi Rhetorica in administratione publicarum  
 rerum? Sed quid aliud sentiendum sit, quām illam excitandis  
 turbis, atque seditionibus esse comparatissimam? Genteis pro-  
 fecto videre licet, apud quas neglectus Rhetoricae sit, & quæ  
 tamen leges patrias conservent intactas, ac ut ita dicam peren-  
 nies; cūm ea, quibus illa est curia, mox ferant quotidie, &  
 nullis tamen contineri possint; ut vere liceat dicere, quod Pla-  
 to ille veteris Comedie, si quis peregrē abfuerit treis menseis, non  
 agnoscit amplius civitatem. Cum aliqua tamen oratoria vis con-  
 tinē-

1. Rhet. 1.

lib. 3. Sat.  
cap. 16.

2. Empir.

tinendis in officio populis necessaria sit; cogita nervolas illas & ferventes Leonidæ, similiumque exhortationes; quām ille quoſo prætant meditatis, & olenibus lucernas, ac demorſos unguies iſtorum orationibus? Me certe plus persuaderit quisquis ingenua, & amore patriæ incaleſcente oratione abſque artificio uſus fuerit, quām qui oratoriam ex professo coſlunt; qui præterquam quod plerumque frigiduscule, & non revera animati agunt, ii ſunt, à quibus ſibi cavendum merito quispam existimet, quod latenti artificio captari ſeſe ſuſpiceatur. Heinc cum tota ſc̄re ars in eo ſit, ut ars iſla lateat, naturamque æmuletur, nonne intelligere licet persuadendi vim magis eſſe ſitam in bonitate naturæ, quām in ullis præceptionibus? ut proinde mirum non videatur, ſi mendici, ac ſupplices oppreſſi angustiis, melius perorent, moveant vehementius, persuadeant efficacius, quām magnifici iſti Oratores. Verum *ib. 2. c. 16.* hæc ſatis, ne Quintiliano rem indignam facere videar, hoc eſt orandi viribus uti in Orationis accusationem.

## CAPUT X.

*Ad objecta de Dialectica.*

**A**D Dialecticam quod ſpectat, non eſt quod hoc loco ali- quid dičamus. Primum enim ſuo oſtendetur loco ut Dia- lectices nomine in Canonices nomen commutato Epicurus tradiſit, & retinuerit omnia, quæ videri poſſunt ex Dialecti- ca eſſe neceſſaria. Unde & comprobabitur iſum non omnena penitus rejeciſſe Dialecticam; ſed, quod habet Empiricus, Dia- lecticam ſolam Stoicorum: Quo alluſiſſe videtur D. Hiero- nymus, dum adverſus Rufinum ſcribens, quoniam, inquit, Stoici Dialecticam ſibi rendicant, & tu hujus ſententia deliramenta contemniſ, in hac parte Epicureus es. Deinde, cum illa eadem, quæ objici po- ſſunt adverſus iſtam Dialecticam, diſputata jam habeantur in noſtris adverſus Aristoteleos exercitationibus, non eſt quod

actum rursum agamus. Sufficiat vel solam natura i veritatis  
investigandæ magistram esse optimam; vel, si quapiam arte  
adiuvanda sit, indigere illam regulis, vel observationibus per-  
paucis: non immensâ istâ congerie argutiârum Dialecticarum.  
An Epicurus fuerit in Dialecticis inermis, nudus, &c, quæ  
Cicero præsertim opponit, ex dicendis circa illius Canoniken  
colligendum est. Observo heic solum Ciceronem quoque non  
semel præferre Epicurum Stoicis ipsis circa consequitionum  
vim: Veluti, cum in libris de Divinatione, Ergo is, inquit,  
circuitione quadam deos tollens, rectè non dabit at divinationem tollere:  
sed non ut hic sibi constat, item Stoici. Illius enim Deus nihil habens nec  
sui, nec alieni negotiū, non potest hominibus divinationem impertire:  
vester autem Deus potest non impertire, ut nihilominus mundum regat,  
& hominibus consulat. Cur igitur vos inducitis in eas captiones, quas  
nunquam explicetis? Ita enim, cum magis properant, concludere solent.  
Si Dij sunt, &c. Ad objectum illud à Plutarcho, nihil adjicien-  
dum ad ea, quæ Gellius ipse regerit. Prætermiserat Epicurus  
in explicatione illius de morte argumenti propositionem; Plu-  
tarclius istud carpserat, Agellius ergo, sed Epicurus, inquit,  
cujusmodi homo est, non insciā videtur partem illam syllogismi preter-  
mississe. Neque id ei negotium fuit syllogismum, tanquam in scholis  
Philosophorum, cum numeris omnibus, & cum suis finibus dicere. Et  
profecto, quia separatio animi, & corporis in morte evidens est, non  
est ratus necessariam esse ejus admonitionem, quod omnibus prorsus erat  
obvium; sicut etiam quod conclusionem syllogismi non in fine posuit,  
sed in principio: Nam id quoque non imperite factum quis non videt?  
Apud Platonem quoque multis in locis reperias Syllogismos repudiatos,  
conversoque ordine isto, qui in docendo traditur, cum eleganti quadam  
reprehensionis contentione positos esse. Hæc ille.

## CAPUT XI.

*Ad objecta de Mathematicis.*

DENIQUE circa Mathematicas, hoc imprimis fatendum est,  
Epicurum non eas caluisse, ut Pythagoras, & Plato cal-  
luerunt. Sed imitari Socratem potuit, qui pronuntiatus cùm  
fuerit mortalium sapientissimus, Astronomiæ tamen valedi-  
xit, ut scientiæ morum totus vacaret, quod adnotavit Ci-  
cero; & quidquid est sive in illa, sive in Geometria, sive in  
Arithmetica scrupulosum, & ad vitam inutile, eliminatum  
voluit, quod à Xenophonte declaratur fusiùs. Imitari etiam lib. 5. Tuf.  
potuit Diogenem, qui, scribente Laërtio, Musicam, Geo- lib. 4. memor.  
metriam, Astrologiam, tanquam inutileis neglexit. Nihil lib. 7.  
de Aristotele dico, qui utcumque non raro jaſtet cele- lib. 12. Me-  
breis quasdam propositiones, & interdum quidem, cùm non  
valdè est opus; aliquando tamen, cùm valdè expediret, uti  
in sphærarum cœlestium determinando numero, difficulta-  
tem ad Mathematicos, tanquam peritiores remittit. Nihil  
de Zenone, quem vel minimum matheseos peritum exſtitisse,  
nullum est vestigium. Nihil demum de cæteris; neque enim  
hæc memoro, ut vel negligendum studium Mathematicum  
ſuadeam; vel Epicurum, quòd in illis eximius non fuerit,  
commendatum faciam. Innuere dumtaxat contendō, non  
posse illi vitio verti, quòd Mathematicas ignorârit, niſi ver-  
tatur & aliis, qui ſunt oppidò viri celebres, Principesque Phi-  
losophorum. Deinde addo, cùm Socrates astrorum ſcientiam  
repudiarit, ut de moribus philopharetur, Epicurum tamen  
ſic eam excoluisse, ut eſſe quoque ipsius ſtudium ad moralem  
Philosophiam utilissimum comprobaverit. Heinc ſunt illæ in  
Epistolis ad hoc ſtudium adhortationes, factaque in gratiam  
adolescentum compendia, quæ referentur alibi: tantum abeft,

ut deterrere adolescentes voluerit ab ullo studio liberali. Et certè, cùm speculationes tum rerum cælestium, tum etiam aliarum, quæ demonstrationibus Mathematicis nituntur, sine delectabilissimæ, quod experiri cuique licet, & exemplis bene multis comprobari facile potest; quonam modo potuisse illas Epicurus despicere, qui ipse finem omnium bonorum delectationem statueret, ac illam quidem potissimum, quæ ex virtute, seu animi cultura proficeretur? Verumtamen ansam declamandi præbuit, quod Epicurus duo quædam circa Mathematicas improbarit. Unum est inutile studium plurimarum rerum, quæ cùm sint nimis intricatae, crucem defigunt animis, neque interea conferunt quicquam ad traducendum felicem vitam, sive ad corrigendum mores, ut Philo circa eandem rem habet. Hoc ipsum est, quod Epicurus apud Laërtium innuit, cùm eatenus esse invigilandum cælestibus censem, quatenus faciunt ad felicitatem; docetque, ut etiam notitia hujusmodi rerum negligenda foret, nisi ad scopum hunc tenderet. Ea causa est cur minus probaret Astrologiae studium, quasi scilicet laboriosum, & incertum magis, quam ut solidam voluptatem pariat; quod suo loco declarandum est. Alterum est abusus nimius, ac degeneratio in luxum, & nequitiam. Heinc cùm notitiam Musices aversatus non fuerit (nam & de illa librum scriptit) neque sapientem ab illius speculationibus deteruerit (quippe Sapientem solum censuit de Musica recte disputare) & quod Plutarchus objicit, arguat dumtaxat Epicurum noluisse de illa disputari intempestive (ut suo etiam loco demonstrabitur.) Damnavit tamen Epicurus illam Musicam, quæ ex usu legitimo co-deflexit, ut vitorum nequissimorum incentivū evaferit. Ita docet Empiricus, declarans ut Epicurei negaverint ipsam esse suscipiendam, quod (velut Platoni quoque) illam ad felicitatem non tendere existimarent, adjecerint verò, αὐτὴν δοκιμασθεῖν τοὺς ἀγαθούς, φίλοιον, κηρυκτανόντας. *Essē ipsam inutilem, segnem, bibaceam, pecuniarum prodigam.* Quo loco agnoscis Epicuri genium non tam Musicam aversatum fuisse, quām quæ ipsam virtutia, ac mala sœpen-

lib. de arg.

lib. 10.

lib. adv.  
Mus.

permittere consequuntur; quæque interdum causas fuere, ut  
integræ etiam nationes eam respuerint, ut apud Diodorum lib. 1.  
Agyptij. Ut paucis dieam, Epicurus circa hasce arteis sic  
fuit animatus, ut si quidpiam peccaverit (nihil autem pec-  
casle contendere nolim) id præ nimio quodam virtutis affectu,  
ac felicitatis studio (si potest tamen in hisce rebus esse quid ni-  
mium) egerit: sicque videatur tantò esse excusatione dignior,  
quanto fuit ipsi pro sententia, quam tuebatur, finis laudatior.  
Clarum proinde ex his sit, quid ad objecta ex Cicerone, aliis-  
que responderi posse. Quod si scrupulus aliquis supersit; is,  
cum, Deo bene propitio, de Mundo, de Syderibus, de argu-  
mentis cæteris speciatim disputabitur, eximendus speciatim  
arit.

Hæc jam de vita, & moribus Epicuri dicta sufficient.



# RERVM AC VERBORVM INDEX.

## A

LIBUTIUS Epicureus.

pag. 44

ALCÆUS & PHILISCUS PSEN-  
do Epicurei , Româ  
pulsi, quod essent turpium vo-  
luptatum adolescentibus autho-  
res. 64

Alexandri ab Alexandro æquum  
de Epicuro judicium. 135

Alexander Philosophus Epicureus.  
49

C. Amafanius Epicureus. 44

D. Ambrosius de Epicuro & Epi-  
cureis quid senserit ? 73.106

S. Ambrosius docet Epicuri hortos  
tolerabiliores esse Lyceo Aristoteli.

Amici & familiares Epicuri qui-  
nam ? 14.15

Amynomachus Philocratis filius  
Batithes , Epicuri discipulus.

17.29

Andreas Artaudus Forcalquerien-  
sis brevem Epicuri Apologiam  
composuit. 136

Anna Maria Schurmana , Ultra-  
iectensis puella doctissima. 127

Annus nativitatis Epicuri.  
M. Antonius Bonciarius Parisien-

sis Professor , Epicurum cæteris  
antiquis Philosophis præfert.

Apelles Epicuri discipulus. 16

Apollodorus Cepotyrannus. 41

Arcesilas fecundis calicibus haustis  
moritur. 115

Arcesilæ in Epicurum odium, unde  
133.

Arceliae podagræ doloribus arden-  
tis vox fortis. 88

Aristobulus frater Epicuri. 2.14

Aristoteles an Mathematicarum  
peritus. 165

Aristotelii objici ab Epicuro ajunt,  
quod voratâ paternâ substantiâ  
militasset, ac medicamenta ven-  
didisset. 95

Aristotelis lyceo S. Ambrosius  
præfert hortos Epicuri. 135

In Arteis ac disciplinas , quæ uti-  
litatis alicujus gratia excogitatæ  
sunt, studia inutilia ac vana plu-  
rima irrepserunt. 147

Astis valor. 109

Athenæ, patria Epicuri. 1

T. Pomponinus Atticus Epicu-  
reus. 43

Atticis olim alia mensium civi-  
lium , alia Lunarium principia.

6.

Aucto-

# AC VERBORUM.

Auctores aliqui de Epicuro bene  
meriti. 135. 136.

## B

**B** Aptista Guarinus Veronensis  
librum scripsit de secta Epicurei. 136

Bassus Ausidius Epicureus. 48

Beatus Epicurus, etiam in acutissi-  
mis doloribus. 132

Boethus Geometra, Epicureus. 49

Bona in commune conferenda A-  
amicis non censuit Epicurus, &  
quare. 13

## C

**C** Alius Rhodiginus de Epicuro  
benè sensit. 135

Callistolas Epicuri familiaris. 24

C. Cassius Bruti socius, Epicureus.  
43.

Catius Insuber Epicureus. 45

Catonis odium in Philosophos. 138  
139

Celsus Epicureus. 48. 50

Chæredemus frater Epicuri. 2. 14

Chæredemus, unus ex Epicuri fa-  
miliaribus, cuius nomine librum  
Epicurus inscripsit. 20

Chærestrata, Epicuri mater. 2

Chaos occasio fuit Epicuro philoso-  
phandi. 8

Chrysippus Chesippus, quasi caca-  
turiens equus, dictus. 97

Chrysippus librorum Epicuri para-  
fitus. 17

Chrysippus de Dialectica supra tre-  
centos scripsit libros. 61

Chrysippus quod suave merum in-  
sacrificia ebibisset, interiit. 113

Cicero male affectus in Epicurum:  
cur? 66. 67

Cicero Epicurum appellat virum  
optimum. 88. 98. Epicureos lau-  
dat. 138

Ciceronis locus arduus ex Epistola  
xix. lib. v. ad Atticum, explana-  
tus. 11. 12

Clemens Alexandrinus Epicuro in-  
fensus. 72

Colores Epicuri discipulus. 15

Concubinarum usus olim non o-  
mnino prohibitus. 128

Congij mensura qualis. 115

Constantia Epicuri in acutissimis  
doloribus. 131. 132

## D

**D** Amis Epicurus. 49

Democritum honoravit ac se-  
quutus est Epicurus. 91

Deum ut coluerit Epicurus. 77. 78.  
79

Divinos honores an affectarit Epi-  
curus? 75. usque ad 84

Deus est mortali, juvare mortalem.  
84.

Dialecticæ Stoici impensè addicti  
fuere. 61. 62

Dialecticam ut supervacaneam reje-  
cit Epicurus. 145. 163. De ea

Chrysippus supra trecenta volu-  
mina scripsit. 61

Diem ab occasu in occasum suppu-  
tabant Attici. 3

7 Y

Dio-

# AC VERBORUM.

- |   |        |  |
|---|--------|--|
| Diodorus Epicureus.   | 48     | Epicurus vanitatis arguitur. 92. Sed per calumniā. 98  |
| Diogenis Laertij locus de Metrodoro Epicuri discipulo emendatus   | 16     | Epicuro in Praecepentes ingratitudo objicitur. 90. <del>Al</del> ea pungatur. 98. 99.100.      |
| Diogenes Epicureus, promptus & dilertus.  | 160    | Epicurus maledicentiae erga omnes antiquiores Philosphos accusatur. 94. Defenditur. 97.100.101 |
| Diogenem Babylonium maledicūm Antiochus Rex jugulari mandavit ob ejus maledicentiam.  | 97     | Epicurus impietatis arguitur. 74.75. Defenditur. 79. Affectaritne honores divinos? 82.83.      |
| Discimus multa, quae si sciremus descendā forent.   | 149    | Epicuro Venus impura objicitur. 118.119. Nec non gula fœda & noxia. 106.107                    |
| Dositheus Epicuri discipulus  | 17     | Epicurus cum Prodigio Evangelico à plerisque comparatus 106                                    |
| <b>E</b> Loquentia. <i>Vide Rhetorica.</i>  |        | Epicuri sobrietas, frugalitasque eximia. 108.109   |
| Epicurus Atheniensis fuit, quamvis alijs eum Samium, alijs Lampacenum crediderint. 1. Gargettius dictus, quod Gargetti natus. 2. Epicuri parentes. <i>ibid.</i> Epicurns Neoclides dictus à patre Neocle, <i>ibid.</i> Quo tempore natus? | 3.4.5. | Epicurus in exemplum continentiae citatus. 123.124   |
| Epicuri fratres tres, Neocles, Chæredemus, Aristobulus.   | 2.14   | An disciplinas universē oderit. 140. 141.148.149.  |
| Epicuri in fratres amor ac reverentia.  | 2      | Epicurus è Philosphorum choro pulsus. 121.122. In eundem meritō revocatus. 131.132             |
| Epicurus ubi pueritiam, adolescētiam, juventutem exegerit?  | 5.6    | Epicuri erga Deum pietas. 78.79  |
| Fuit Epicurus constitutionis non multum firmæ. 32.33. Fuit morbis obnoxius, non viræ intemperantiā, sed constitutionis naturalis vitio.   | 131    | Epicuri pietas erga patriam, parentes, alios. 87.88  |
| Epicurus anno ætatis xiv. ad Philosophiam accedit. 8. <i>avtodiæni</i> , magistrum nullum habuit.   | 7      | Epicurus vir optimus, Cicerone testē. 88.98  |
|   |        | Epicurus vir mitissimus. 98  |
|   |        | Epicurus quād multa conscripserit. 17  |
|   |        | Epicuri volumina recensentur. 18. 19. &c.  |
|   |        | Epicuri Epistolæ. 25   |
|   |        | Epi-   |

# AC VERBORUM.

- Epicurus, ubi literæ prius sepultæ  
revixerunt, à multis authoribus  
commendatur. 135. 136
- Epicurus clarus, perspicuus, disertus.  
158
- Epicuri constantia extrema ex ipso  
Cicerone & aliis. 131
- Epistola Epicuri statim morituri ad  
Idomeneum. 33
- Epicuri Testamentum. 29. 30. &c.  
Mors. 32. 33. Quo tempore obie-  
rit? 34
- Epicurus cum Themistocle compa-  
ratus. 133. 134
- Epicurus à D. Gregorio Nazianze-  
no laudatus. 123. & à Chrysippo  
quamvis hoste. 124
- Epicurus graphicè descriptus à Po-  
ta Stellato. 136
- Epicuro (quod nomen *Auxiliatorem*  
sonat) ob purgatam amentiam  
multum debent homines. 135.  
136
- Epicuri Horti tolerabiliores Lyceo  
Aristotelis, teste S. Ambrosio. 135
- Epicuri successores. 40. 41
- Epicuri memoria sectatoribus illius  
quam cara. 36. 37
- Epicureorum quanta inter se con-  
sensio. 38. 39
- Epicurei cīnādīsā dīcti: quamobrem?  
36
- Epicurei clare locuti, ac sine verbo-  
rum ambagibus. 151. 152
- Epicureus Sacerdos: Luciani jocus.  
75
- Epigramma de eo qui laqueum pro  
auro reperit. 47
- Epitaphium Sardanapali. 107
- Eucratidas Philosophus Epicureus.  
41
- Eurydicus Epicuri discipulus. 17
- F
- M. F Abius Gallus, Epicureus. 45
- Famem malignè extinguebat  
Epicurus. 109. 110
- Feminæ ingenio præstantes in Phi-  
losophorum scholis. 125. 126
- Franciscus Philephus Epicurum  
commendat 135
- Fratres Epicuri tres, Neocles, Chæ-  
redemus, Aristobulus. 2. 14
- Frugalitas Epicuri qualis. 108
- G
- G Alenus cur in Epicurum male  
animatus? 69. 70. Aliud de  
Epicuro scivit, aliud evulgavit. 70
- Gamelion cui ex nostris mensibus  
respondeat? 35
- Gargettius senex, & Gargetticus  
Author dictus est Epicurus. 2
- Grammaticam quî neglexerit Epi-  
curus. 142. 150. 151
- Grammatica duplex. 151
- D. Gregorius Nazianzenus Epicu-  
rum laudat. 123
- Gula immodica Epicuro exprobra-  
tur. 104. 105. Item Gula foeda &  
noxia. 106. Objecta de utraque  
solvuntur. 111

INDEX RERUM

H

- H**egesianax Pyrrhonis frater,  
Epicuri discipulus. 17  
Hemina, qualis mensura. 108  
Herculeos labores longè exuperat  
sapientia. 84.85

- Hermachus Agemarchifilius, Mity-  
lenæus, Epicuri discipulus ac suc-  
cessor. 17. Quos scriperit libros?  
*ibid.*

- Hermocles Epicureus. 50  
Hermodorus Epicureus, *ibid.*  
Hermon Epicureus. *ibid.*  
Herodotus Epicuri discipulus. 16. Ad  
eum Epicurus Epitomen parvam  
Physices scripsit. *ibid.*

- Heliodium Poëtam Epicureus Philo-  
sophis accéset Albertus Magnus. 51  
Historia commendatur 157  
Q. Horatius Flaccus Poëta se Epicu-  
reum profitetur. 48

- Horatius, quòd esset Epicureus, se  
porcum dixit, vulgare scomma jo-  
cando admittens. 106.114

- Hortus, Epicuri schola. 10  
Hortus Epicuri ab infamia ex mulie-  
ribus purgatur. 125.126

- Hortulum Epicuri describit Seneca.  
109

- Horti Philosophici plures. 130.131

I

- I**Domeneus Epicuri discipulus. 15.  
à literis Epicuri celebris *ibid.*

- Ironiam Socrati familiarem repre-  
hendit Cicero. 160 189.190

- Ironicè loqui sapientem vix proba-  
vit Epicurus. *ibid.*

L

- L**Actantius in Epicurum malèa-  
nimatus. 72

- Lacydes ex uberiore potatione para-  
lyticus. 115

- Leonteus Lampsacehus Epicuri di-  
scipulus. 15

- Leontium Epicuri discipula. 16. A-  
mica. 118.119.126. Librum ele-  
gantem adversus Theophrastum  
Philosophum scripsit. 126. scito  
sermone & Attico. *ibid.* & 160  
Lepidus Epicureus. 50  
Libri, quos Epicurus scripsit, recen-  
sentur. 18.19.&c.

- Lucianus Epicureus. 50

- Lucilius Senecæ Epistolis illustris an  
Epicureus? 48.49

- T. Lucretius Carus Epicureus, Poë-  
ta insignis. 42

- Lucretius Epicurum quo sensu dixis  
Deum? 84

M

- M**Ahometis Paradisus. 119  
Maledicta, contumeliae, con-  
tentiones, concertationes Philo-  
sophiā indignæ videntur, Cicerone  
telle. 101

- Mathematicas arteis an oderit Epi-  
curus? 146.147.165.166

- Maza, quod cibi gentis. 108

- Memmius Epicureus, cui Lucretius  
libros suos dicat. 70

- Menander Epicurum quanti faciat?  
160 189.190

- Menœceus Epicuri discipulus. 45.  
*ibid.* Ad

# AC VERBORUM.

- Ad eum Epicurus epistolam de rebus ad mores pertinentibus scripsit. 46  
 Mensum civilium & Lunarium alia principia olim apud Atticos. 5  
 Metrodorus Lampsacenus Epicuri discipulus, familiaris, amicus. 15.  
 Vir bonus & adversus molestias mortemque ipsam intrepidus 16.  
 Penè alter Epicurus. 15. Quos scripsit libros. 16. Magnus vir Senecæ dictus. 112  
 Metrodorum divinè loquutum B. Clemens asserit. *ibid.*  
 Metrodorus Stratonicus an ab Epicuro ad Carneadé defecerit. 88.89  
 Metroon, magnæ Deæ Templum Athenis. 29  
 Minæ valor. 107  
 Minarum LXXX. valor monetæ nostræ respondens. 11  
 Mors Platonis & Arcesilæ. 115  
 Mors acerba ultrici Dei justitiae non est semper adscribenda. 115  
 Mulieres olim in Philosophorum scholas admissæ. 125.126  
 Mulieres nonnullæ cum Epicuro philosophatæ. 16.125.126  
 Mus Epicuri servus ac discipulus, Philosophus non incelebris. 16  
 De Musica librum scripsit Epicurus. 24.166
- N Aturæ bona summè æstimatbat Epicurus. 110  
 Naturæ in nobis vicia, non expro-
- bratione, sed commiseratione digna. 116  
 An in Nausiphænum præceptorem ingratius fuerit Epicurus? 90  
 Neocles pater Epicuri. 2. Ludimaster fuit. 2  
 Neocles frater Epicuri. 2.14  
 Nicanor Epicuri discipulus. 17.30
- P
- Amphilum Platonicum contempsit Epicurus. 91.92  
 Pansa laudatur à Catilo quod voluptatem sequens virtutē retineat. 45  
 L. Papirius Pætus, Epicureus. 44  
 Paradisus Mahometis. 119  
 Paralyticus ex ubiore potatione Lacydes factus. 115  
 Parietinæ Epicuri ædes. 12  
 Patro Epicureus. 12.45  
 Perspicuitas primum Rhetoricae munus. 157.158.160  
 Phædrus Philosophus Epicureus, quem Cicero audivit. 45  
 Philænis Epicuri discipula. 16  
 Philaidæ quinam? 2  
 Philiscus Pseudo-Epicureus. 64  
 Philodemus Epicureus. 46  
 Philomarus Epicuri sectator. 51  
 Philosophia contumelias, maledicta, contentiones, concertationesque respuit, teste Cicerone. 101  
 Philosophia ita conspurcata est, ut nihil jam aliud esse videatur quam Sophistices officina. 148  
 Philosophi urbibus sæpe expulsi. 138  
 Pietas Epicuri. 78.79

# INDEX RERUM

- L. Piso Epicureus. 44.64  
 Plato *aureus* dictus, cur? 94  
 Plato pueros feedè adamavit. 130  
 Plato in nuptiis cœnans moritur. 115  
 Plato Sardianus, Epicureus. 46  
 Plutarchus commendatur. 68. Cur  
     Epicuro in fensus? *ibid.*  
 Plutarchus Epicurum deridet, an  
     merito? 110  
 Poëtarum fragmenta, Epicurus, quod  
     esset veritatis amans, improbabvit.  
     155  
 Poëtas è Republica ejicit Plato. 156  
     Item Heraclitus & Zeno. *ibid.*  
 Poëticen an contemperit Epicurus?  
     143.154.155  
 Pollius Surrentinus Epicureus. 49  
 Polyænus Lampsacenus, Athenodo-  
     ri filius, Epicuri discipulus, ma-  
     gnus Mathematicus. 17  
 Polymedes Epicuri familiaris ac dis-  
     cipulus. 24  
 Pomponij Attici Mensa qualis? 113  
 Populum sive popularem auram  
     merito contemnit Epicurus. 55.  
     57. Hanc studiosè captabant Stoï-  
         ci. *ibid.* 63  
 Præceptores quos audierit Epicu-  
     rus? 67  
 Præceptores habere nullos satius,  
     quam non bonos. 99  
 Prodigus Evangelicus cum Epicuro  
     compositus. 106  
 S. Aurel. Propertius Poëta, Epicu-  
     ro addictus. 48  
 Protagoras baiulus dictus, Democri-
- ti scriba, per vicos ludimagister.  
     95.96  
 Providentiam divinam asseruere  
     Stoici, male hanc negavit Epicu-  
         rus 62  
 Providentiam fatidicam anum Stoï-  
     corum appellat Vellejus apud  
     Ciceronem. *ibid.*  
 Pyrrhon & Hegesianax fratres, Epicu-  
     ri discipuli. 17, Ad hos Epicu-  
     rus consolatoriam ob patrem  
     mortuum scripsit. *ibid.*  
 Pythagoras plurimas mulieres in di-  
     sciplinam suam admisit 126  
 Pythocles Epicuri discipulus. 33. Ad  
     eum Epicurus de Meteoris scri-  
     psit. 16. Ejus indoles præstantis-  
     sima *ibid.*  
 Pythocles puer meritorius. 129  
 R
- Raphaël Volaterranus Epicurum  
     laudat. 135  
 Rata sententia, Epicuri libellus ex Pa-  
     nætio apud Ciceronem ad ver-  
     bum ediscendus. 19.37  
 Religio alia pura, alia spuria. 79  
 Rhetoricam quanti fecerit Epicurus.  
     144.157  
 Rhetorica munus præcipuum, cla-  
     ritas, seu perspicuitas. 158  
 Rhetorica an foro, judiciis, Retur-  
     publ. administracioni utilis? 180  
 Rhetorica, *μετατηκνία*. 144.159. ars  
     fallendi. 179  
 Rethores à Maximo Tyrio cum  
     Mangonibus comparati. 179  
 Sacer-

# ACUVERBORUM.

<b>S</b> acerdos Epicureus: Luciani jo-		Stoici odij in Epicurum occasio-
cus. 77		quānam 56,60.61
Salutatoriae Epicuri voces illius Epi-	26	Stylus in scribendo quis comparan-
stolis præmissæ.		dus. 158,159
Sapiens uno minor Iove. 87		Successores Epicuri quinam? 40.41
Sapientis animum nil cogit ut vul-		Superstitionem improbabit Epicu-
garia sapia. 81		rus. 79.80
Sapientem ironicè loqui an deceat?	160	Syron Epicureus. 46. Notat Ser-
Sapientia vera Herculeis laboribus		vius hunc esse quem Virgilius in
præfertur. 84.85		Eclogis sub Sileni persona loquen-
Sardanapali Epitaphium. 107		tem inducit. ibid.
L. Saufeius Eques, Epicureus. 43		<b>T</b>
Scholæ Epicuri successio quam con-		Testamentum Epicuri 29,30 &c.
stant. 38,39		Themista Zoili filia Lampsace-
Secta Epicuri. 9		na, Leontei uxor, Epicuri discipu-
Seneca veri studiosus, invitit Stoic-		la. 16. quām seriò Philosophiæ
cis, Epicurum commendat. 59		operam dedit. 126
Seneca Stoicorum inanem subtilita-		Theotimus quod scripsisset libros
tem carpit. 61		aliquot contra Epicurum capite
Seneca an fuerit Epicureus? 49		mūlū status. 66
Statyllius Epicureus commendatus.	46.	Timagoras Epicureus. . 46
Sobrietas Epicuri qualis? 108		Timocrates Lampsacenus Metrodo-
Stoici in dialectica penè toti. 61		ri frater, Epicuri discipulus. 16
Stoici insuis disputationum ineptiis		Timocrates alter Demetrij filius Po-
vix ferendi ibid.		tamius Epicuri discipulus. 17.29
Stoici aliter dixerē, aliter vixerē. 113		Timonis Maledicta. 111
Stoici ad Ducis sui Zenonis imita-		L. Torquatus Philosophus Epicu-
tionem, tetricos se aspectu, & ma-		reus. 43
xima parte ad cutem derafios ex-		C. Trebatius Epicureus. ibid.
hibebant. 54		<b>V</b>
Stoicorum iactationes. ibid.		L. Varus Epicureus. 46.
Stoicorum in Epicurum calumniæ.	56.57	Quintilius Varus item Epi-
		cureus. 47
		C. Vellejus Senator Epicureus. 43
		Verrius Epicureus. 44
		Veri professoribus nullum figimenti
		genus

A 39674g INDEX RERUM AC VERBORUM.

- L 61311-
- |                                      |          |  |
|--------------------------------------|----------|--|
| genus convenit;                      | 15       |  |
| Vini congium uno haustu sorpsit Xe-  |          |  |
| nocrates.                            | 115      |  |
| Virgilius Poëta sub Epicuro milita-  |          |  |
| vit.                                 | 47       |  |
| Volumina Epicuri referuntur. 18, 19, |          |  |
| 20, 21. &c.                          |          |  |
| Voluptas, in qua Epicurus summum     |          |  |
| bonum constituit, quænam?            | 55.      |  |
| Describitur ab ipso Epicuro.         | 56       |  |
| Voluptates impuras spernit Epicu-    |          |  |
| rus.                                 | 124      |  |
| Vomitio ad stomachum exoneran-       |          |  |
| dum humoribus superfluis olim        |          |  |
| Romæ frequentissima.                 | 114      |  |
| Vossius Epicurum inter Historicos    |          |  |
| Grecos recenset.                     | 157      |  |
|                                      |          |  |
| Vulgus ex iis solùm quæ apparet,     |          |  |
| omnia judicat.                       | 65       |  |
| X                                    |          |  |
| Enocrates congium. i. piantas        |          |  |
| tres vini cum semisse, uno           |          |  |
| haustu sorpsit.                      | 115      |  |
| Z                                    |          |  |
| Eno Stoicorum princeps Epi-          |          |  |
| curo contemporaneus. 53, 54.         |          |  |
| Auram popularem magnificis voci-     |          |  |
| bus, & effictâ morum gravitate       |          |  |
| captabat. 55. paderastia insimu-     |          |  |
| latus.                               | 129, 130 |  |
| Zeno Sidonius Epicureus Philoso-     |          |  |
| phus.                                | 41       |  |
| Zopyrus Medicus, Epicureus.          | 49.      |  |
|                                      | 160.     |  |

F I N I S.



